

pus illius digno funere curasse, & summo honore in sepulchrum extulisse, multisque miraculis Deum illud nobilitasse, memorat Damasc. Orat. 2. Niciphorus l. 2. c. 22.

Porro cum forte unus aliquis, quem D. Thomas Apostolum arbitrantur; collegio Apostolorum abesse, & dicteria accurrisset, placuit facere illi ceterum tumulum reddere, ut & ipse tam beato corpori, cujus videndi desiderio aestuabat, honorem, & debitam reverentiam impenderet. At sepulchralibus dumtaxat fasciis inventis, ipsum corpus non invenerunt, Deoque gratia agentes, id solum animo meditabantur, Deum corpus Virginis ante communem resurrectionem immortalitate decorasse, & ad Filium Matrem una cum corpore migrasse. Legatur Dionysius, & Niciphorus supra. Joannes Damascenus, Glicias, Metaphrastes, & alii, quaque proximo Membro de illius Assumptionis festivitate dicentur.

## FESTIVITATES

Ab Ecclesia instituta, & eandem Antiquitas.

Quas ob causas dies festos in Ecclesia celebrari docent Veteres: nempe propter mysterium, rei videlicet, quae in memoriam revocatur, sub qua persona, quae honoratur, sanctitas, & virtutes, ac consummatio intelligitur. Est exemplum: ut B. imitari non piget, quod celebrare delectat. Ita praecipuum, & maxime excellentium mysteriorum Christi, & Sanctorum, qui nos exemplo suo praecerunt, Festa recolit sancta Mater Ecclesia: tum ut beneficiorum, quae percipimus, gratiam memoriam reficiat, tum ut ad imitandum eos, quos veneramur, accendat, & denique ut eorum apud Deum patrocinia experiamur, devota oratione efficiat.

Inter Deiparae Virginis memoranda mysteria, & exempla frequentia ab Ecclesia peculiari solemnitate celebrantur. Festum Annunciationis, quod tamen unum ex Dominicis festis habetur, idque primarium, & maxime venerandum, utpote in quo primus Filius Dei ad nos descensus representatur. Celebratur hoc festum octavo Kal. Aprilis, quo die Angelus Gabriel ad Virginem missus, latissimum de Incarnatione Domini nuntium attulit. Festivitas autem hac tam à Graecis, quam Latinis Patribus colitur, ut constat ex omnibus Martyrologiis. Episcopus meminit *Sexta Synodus c. 12. apud Theod. Bals. pag. 228.* & Cyrillus in oratione hac solemnitate habita. Olim in perique Ecclesiae hac solemnitas habita fuit ad xv. Kal. Januariae, ut constat ex *Cone. Laodicensi cap. 51.* quod tempus quadragesimae, in quod ordinariè incidit, potius luctui deberetur, siquidem dies luctus, & gaudii. Baronius in *Martyrol.* & alii.

II. Est festum Conceptionis ejusdem Virg. quod & Sanctificationis dicitur; ordine tamen primum revocans in memoriam tempus illud, quo Virgo hac benedicta in utero sterili Annæ fuit primū concepta, & salutis nostrae initium illucere coepit, ac redemptionis humanae opus inchoatum est. Quod tamen circa alios Sanctos Ecclesia non facit, ut unum Joannem Baptistam excipio, cujus nativitas celebratur 3 ut quae praeter Christum in Virginis utero conceptionem, solum hanc ipsius Virginis in Annæ viscibus festiva solemnitate veneratur, quod ex singulari privilegio nulli culpe obnoxia, aut originali labe fuerit aspersa. Ut potè quae unicam hanc praeservatam à Deo pie credimus, certe aut primo conceptionis instanti mundatam, cum Veterum plerisque tantam probabilius asserimus. Etiam hanc solemnitate tam Graeci, quam Latini agnoscunt. Ac primum quidem in Anglia celebrata B. *Asselmo* favente, qui de conceptione D. hanc Commentarium scripsit fertur, volunt nonnulli. Idque occasione visionis ejusdem quae sic se habet. Circa Annum Domini m. lxx. cum Gislelmus Normannorum Dux in Angliam regnaret, Elismo sive Elpino alii, Abbat Angliam maris tempestate periclitanti, apparuit visio quadam, eumque admonuit de celebranda hac festivitate: & subsequens est miraculum in fidei, & veritatis testimonium.

Percepit postmodum hanc solemnitate Ecclesia Lugdunensis circa tempora D. Bernardi, ut constat ex Epistola ejusdem ad canonicos Lugdunenses 174. Tandem accessit consensus Romanae Ecclesiae: ac postremum Concil. Trident. & Pius V. Pont. eam servari praecipit die 8. Decembris.

III. Solemnitas nativitatis ejusdem Virginis, quam nonnulli ab Innocentio IV. primum institutam, sed falso opinantur: eum diu ante Innocentium celebratam docet. S. *Udalphus*

lib. de Virg. & in *Sacramentario S. Gregorii*, quod in Vaticana Bibliotheca vetustissimum extat, illius fit mentio. Interim exploratum est, quod tempore Caroli Magni Imp. & Ludovici Pii Ecclesiae Gallicanae hoc Festum ignoraverunt, idque ex Concil. Moguntino celebrato sub eodem Imp. Anno 813. nihilominus ejus institutio antiqua est, eamque tam Graeci, quam Latini Patres pari studio amplexati fuerunt. Fuisse autem hujus institutionis justificationem calitus factam viro cuidam Religioso, author est Petrus in *Catalogo l. 8. c. 51.* & extant de hac Virginitate SS. Virginis tres luculentissime Orationes S. Joannis Damasceni. Recolitur autem die 8. Septembris, quo die natam hanc Virginem communis omnium est sententia.

IV. Praefationem in templo, mense Novembri refert. Quando scilicet expleto zatiis triennio, in templo à matre, quae id voverat, adducta est. Et sic ut usurpem verba Joannis Damasceni l. 4. de fide Oribod. c. 15. in domo Domini plantata, & impingua Spiritu, velut oliva fructifera omnis virtutis habitaculum facta est, cum ab omni seculari vita, & carnali concupiscentia porcul mentem amovisset. De hac celebritate agunt Graeci die xxi. Novemb. quod etiam in Latina Ecclesia servatur. Fuitque ejus mentio in constitutione Emanuelis Imper. quam recitat Theod. Bals. in *Nemoe. Photii tit. 7. c. 1.* Eadem festivitas transit in Gallias temporibus Caroli V. Francorum Regis, Anno Domini 1375, de qua extat ejusdem Epistola ad Nicolaum Antiochenensem Episcopum, quam citat Molanus in F. additione ad *Udalphum*.

Visitationis Deiparae solemnitas mense Julio celebratur in memoriam illius dici, quo Virgo sanctissima postquam ab ea Angelus discesserat, ut *Luce* Evangelista narrat; jam Deo plena, ad Elizabeth cognatam in montana perrexit, quod tamen mense Martio, vel sub initium Aprilis canisecisse, probabilis est conjectura. Solemnitas hac ab Urbano Papa ejus nominis sexto instituta, & ceteris Deiparae festivitatibus fuit annuerata, & à Bonifacio IX. publicata. Instituta autem fuit Anno Domini 1389. quo tempore Cardinales Galli Avenionem quandam Clementem Antipapam in locum Gregorii II. succedere, cum tamen Urbanus Apostolicam sedem tantum verus, & legitimus Pontifex obtineret. Cui malo schismatici avertendo, ejusdem Dei Genitricis opem implorandam sanctus Pontifex judicavit, ejusque cultum hac solemnitate veneratione auxit. Oppugnavit hanc celebrationem quidam Adelbertus, adversus quem scripsit elegantem tractatum Joannes Praegensis, in quo affirmat, Deum per varia miracula, & revelationes hanc festivitatem comprobasse. Vide *Caspar. Baron. In notis ad Martyrol. Rom. 2. Jul.*

Est insuper dies 2. Februarii Purificationis intemeratae hujus Virginis sacer, quando scilicet juxta legis constitutionem, impletis diebus purgationis suae, quamvis nullis puerperii fordibus contaminata fuerit, ut cujus vulvam Christus, qui clauso sepulchro surrexit, nunquam aperuerit, neque Virginitatis claustrum violaverit; in templum venit, ut unigenitum suum sifteret, & ut daret hostiam, secundum quod dictum est in lege Domini. Festivitas hujus primum institutor ignoratur: antiquam tamen constat, utpote tam Graecis, quam Latinis solemnem. Graeci siquidem eam *Imorta*, quasi occursum appellant, quod nempe hoc die Christus Deo occurreret in templo: Ita habet officium illius diei, Gaude Sion, occurrens Domino Deo tuo. Latini vero olim nunc festum Simeonis, & Annæ, nunc Praefationem vocant.

Sub Justiniano Imper. ceptum hoc festum celebrari Constantinopoli, testes sunt *Niciphorus l. 17. hist. c. 27. Sigebert. in Chronico Anni 542.* qui addit, occasionem ejusdem solemnitatis ibidem fuisse magnam mortalitatem, cui depellendae auxilium Deiparae postulatam, & in illius honorem instituta ibi eaelebrata. Ceterum Gelasius Papa, qui annis triginta ante Justinianum vixit in Occidentibus Ecclesiis hanc festivitatem instituit, dum Lupercalia isto die Romae celebrari solita abrogavit: eamque mox Oriens amplexatus fuit. Ordo Romanus addit, Sergium Pontificem Anno 690. per motum superstitione Pop. Roman. qui quolibet Anno, quinto Kalen. Februarii, matri Deorum Februae lustrabant, id est, urbem totam sacibus tota nocte circumcurstant, instituisse, ut eodem die in honorem B. Virginis Processio, & in ea Cereorum benedictorum gestatio fieret, velut in Symbolum luminis, quod Simeon ad revelationem Gentium datum hoc die predicavit. Quamvis ipse Cereorum usus ante Sergium institutus legatur in sermone, quem S. Eligius Episcopus Noviomensis in eadem solemnitate habuit,

baui, qui oblit Anno 669. juxta *Sigebertum*. Vide plura in *Notis Card. Baronii*.

Maximè autem celebris, quamque praevio jejuniis Ecclesia Romana adornat, est solemnitas Assumptionis. Meminit illius Menologium Graecorum, & Novella Constitut. Emmanuel Imp. Item Conc. Moguntinum sub Carolo Magno Can. 36. Denique *Nicolaus* Papa scribens ad Consula Bulgavorum cap. 4. inter jejunia antiquius servari solita ab Ecclesia Romana, recenset jejuniū celebrari solitum ante solemnitate Assumptionis. Unde constat perantiquam eam esse, & solemnem. *Niciphorus* meminit eam in Oriente jussu Imp. Mauricii promulgatam, lib. 17. hist. c. 28. Et in Gallias circa tempora Caroli Magni receptam, colligitur lib. 1. Capit. Reg. Franc. l. 63. Ac de eadem extant plures Graecorum Sermones. Servatur hac solemnitas die xv. Augusti.

Quo etiam mense, sed die quinto, instituta est ad honorem ejusdem Virginis festivitas, quam vocant S. Mariae ad Nives. Cujus occasionem ex Breviario Rom. ascribam. Liberio Pontifici quidam Joannes Patricius Romanus, cum uxore etiam nobili, cum liberos non suscepissent, quos haeredes bonorum inherenter, D. Virgini haereditatem suam voverunt, assidue deprecantes, ut in quod pium opus eam impendi vellet, aliquo modo temporificaret. Igitur Nonis Augusti, quando maximi calores in urbe esse solent, noctu partem collis Esquilini nix contexit, atque in fornibus Joannes, & Coniux moniti, ut in eo loco Ecclesiam edificarent, quem nix viderent conspersum, eamque nomine B. Mariae dedicarent. Idem quoque Liberio Pontifici per somnium est indicatum, ad quem Visum suum Joannes retulerat. Quare forenisi Processione ad colleum nive coopertum deventum, & in eo loco Pontifex Ecclesiam designavit, quae praefatorum Conjugum devotione, & aere exstructa est: & modò sub nomine Basilicae S. Mariae Majoris videtur. Cujus dedicationis memoria hac die ob nivem, quae miraculose cecidit, annuè colitur. Videatur *Petrus in Catalog. l. 7. cap. 21.* & *Baron. in notis ad Martyrol. Rom. die V. Augusti*.

## \* OBSEQUIUM, ET CULTUS VARIUS

B. Virgini exhibitus, ac illius circa quemlibet Patrocinium, & gratitudo.

## I. ANGELICA SALUTATIO.

Usus, & Antiquitas illius.

Salutationem Angelicam dicimus formulam illam, qua S. Maria ab Angelo Gabriele fuit salutata, addita brevi ad eandem oratione, & paucis verbis ab Elizabetha prolatis, nempe Benedicis fructus ventris tui. Unde patet, formulam salutandi Deiparam ab Angelo Gabriele effluxisse. Orationem verò ab Ecclesia additam, ut dum eam veneramus officio, etiam illius patrocinium sentiamus. Hujus autem rei institutionem, ita D. *Prosser contra Callos.* & post eum *Card. Baronius Tom. 5. Annal. ad annum 431.* commemorat hoc modo.

Anno Domini 431. cum Caesitimum Romanum Pontificem omnes Orientales Ecclesiae gemina peste, inquit D. *Prosser*, purgare essent, excedenda nimirum Nestorii impietate, qui volebat B. Virginem dici Christotocum, non item Theotocon sive Deiparam, & etiam Pelagii id minime ignorantes, Cyrillus Alexandrinus urbis Antistes, alique Patres, qui Ephesi convenierant, atque etiam ipse Theodosius Imperator, legationem miserunt ad ipsum summum Pontificem, ipsi gratulantes D. de prostrata cum suo auctore haereti Nestoriana. Et quia omne datum optimum, & omne donum perfectum descendere à Patre luminum sancta Dei Ecclesia novit, eidem ipsi Deo gratias immortales egit, quod vixit exstisset Filii Deitatis, & matris ejus honoris, utriusque praecordia illis vocibus celebrans, quae à sanctis sciret frequentata esse Patribus, ubique locorum Matrem Dei Mariam omnium ore cantans, laudans, atque praedicans. Tunc & additamentum illud accepisse creditur Angelica salutatio: *SANCTA MARIA Mater Dei, ora pro nobis peccatoribus, &c.* Quod omnium Fidelium ore dici, ac frequenter repeti, & tanquam prima clementia à piis parentibus una ferme cum lacte infantibus propinari consuevit: ut fieret secundum illud Prophetiae. Ex ore infantium, & lactentium proficiat laudem tuam illuderentque superbo draconum puerulis. Sanctorum itaque Patrum vestigiis insistentes, ait Canisius, non modò laudabilem, & admirabilem illam Virginem, quae sicut lilium est inter spinas, salutamus, sed & eam virtute Dei auctam esse tanta credimus, atque profiteamur, ut possit prodesse, si voverit, annuere miseris mortalibus, dum hi praefatum se, suaque vota illi commendant, ac di-

L. B. Theat. vit. Human. Tom. V.

vinam gratiam matris intercessione supplices expetunt.

## MOS B. VIRGINEM SALUTANDI.

D. Joannes Chrysostomus sic B. Virginem salutando honoravit. Ut verè dignum, & justum est, glorificare te Deiparam, & semper Beatissimam, & penitus incontaminatam Matrem Dei nostri, honoratorem Cherubim, & gloriosorem incomparabiliter Seraphim, quae citra corruptionem Deum peperisti: verè Deiparam te magnificamus. Ave gratia plena MARIA, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui; quoniam Salvatore animarum nostrarum peperisti. In *Liturgia ejus*.

Ante hunc D. Jacobus Apostolus, & frater Domini in Liturgia, sive Missa sua, eandem sic salutavit: Ave MARIA, gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui; quia Salvatorem peperisti animarum nostrarum. Dignum est, ut te verè beatam dicamus Deiparam nostram. Dignum est, & omnibus modis irreprehensam, & Matrem Dei nostri, honorabilior quam Cherubin, & gloriosorem quam Seraphim, quae sine corruptione Deum Verbum peperisti, te reverè Deiparam gratulatur, Angelorum coetus, & hominum genus, quae es templum sanctificatum, Paradisus spiritalis, Virginum gloria, ex qua Deus carnem assumpsit, & puer factus est Deus noster, qui est ante saecula tuum enim uterum thronum decet, & dum ventrem latorem, & amplioris caelis ipsis reddidit, tibi, o gratia plena, universa creatura gratulatur tibi gloria. In *Liturg. D. Jacobi apud P. Canis. lib. 5. de Laud. Dei cap. 31.*

Eandem sic quoque salutavit B. Athanasius: Quandoquidem ipse Rex est, qui natus est ex Virgine, idemque Dominus, & Deus: propterea & Mater, quae eum genuit, & Regina, & Domina, & Deipara proprie, & verè censetur. Ista nova Eva Mater vitae appellatur, variegataque permanet ad primitias vitae immortalis omnium viventium. Dicimus eam igitur iterum, atque iterum, & semper, & undequaque Beatilissimam. Ad te clamamus, recordare nostri, sanctissima Virgo, quae etiam à partu Virgo permansisti. Ave, gratia plena, Dominus tecum: beatam te predicant omnium Angelorum, & terrestrium hierarchiarum. Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui. Intercede heri, & Domina, & Regina, & Mater Dei pro nobis. *Canisius sup. cap. 30.*

Gloriosissimae Virginis Jesu Christi Dei, atque hominis verissimae, sanctissimaeque parentis, & pius, & ardens cultor Bonaventura, Romani concessu Pontificis egit, ut fratres, ac monachi populum publice, privatimque hortarentur ad Virginem flexis genibus salutandam verbis illis, Ave Maria, signo campani aris audito, post ultimas dici preces, postque divinarum officiorum complementum. Ita jubendi, ac sciscendi causa illa fuit, quod plerique fidelium sibi persuaserint, illa ipsa hora lucis desinentis Mariam Virginem à paranymphe Gabriele Ave illud audivisse. Qui profectò mos paulacim inter Christianos corroborari coepit, sonanteque cymbalo in ipso aditu nostris, atque vestibulo, Maria Virgo trina salutatio Angelica ubique ita locorum, ac gentium à sinceris fidei cultoribus honoratur. *Canis. lib. 3. cap. 3.*

Margarita Dominicana, ex illusterrimis Regibus Ungariae nata virgo, multis miraculis ob vitae sanctitatem exornata, in Maria cultu tam fervens, ac sedula fuit, ut quoties Deiparae sacram imaginem praeteriret, genua flecteret, & Angelicam salutacionem recitaret. Quem morem nulla unquam, vel eundem di celeritas, vel conficiendi negotii necessitas impedit. Quod si solennes Virginis feria celebrarentur, illa eandem salutacionem proximis octo diebus, vel millies recitabat, ac in ipsa salutacione simul humi sese prosternebat. *Surius in ejus vita 28. Januarii.*

Catharina Senensis annos nata quinque, Gabrieli illud Ave, & quae praeterea dicuntur, assidue reprobatur. Per quod mos suus gradus frequenter accedens, atque discedens morabatur in singulis, dum flexis genibus misericordiae Marii salutacionem proferret, & offerret Angelicam. Intellexerat nō quidem ex hominum sermone, sed ex divino colloquio, Mariam Dei omnipotentis Matrem, omnium primam in voto virginum obligasse. Illam imitata cum septennis esset, atque in secreto domus angulo supernae parentis patrocinium fidenter implo-rasset, castitatis sponsione perpetuae se Christo conjunxit, suamque virginitatem immortali sponsio invocata Mariae Virginis ope voto arctissimo dedicavit; & *Raymundus in ejus vita*.

Beata Maria Ogniacensis per diem, & noctem millies, & centies



centies flectens genua salutabat B. Virginem, atque admirandum hoc, & inauditum salutandi genus, & officium ad quadraginta dies continuabat. Primum autem in spiritu vehementi, sine intermissione, centies flectebat genua; deinde integrum Psalterium stans legebat, ad singulos Psalmos Beatissimæ Virginis flexis genibus Angelicam salutationem offerens; tertio, austro flante vehementius, trecentis vicibus ad singulas genu flexiones virga se percutiens, Deo, & Beatissimæ Virginis prolixo martyrio se immolabat. Tribus autem ultimis ictibus tanquam ad aliorum condimentum copiosum e suo corpore extrahebat sanguinem. Tandem quinquages flexis simpliciter genibus sacrificium consummabat. *Sur. tom. 3. in vita ejus 23. Junii.*

Salutationem Angelicam Syri ab ipsis Apostolis primum instituti non sine invocatione solent absolvere hunc in modum: Pax tibi, Maria, gratia plena, Dominus noster tecum: Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus, qui est in utero tuo, Jesus Christus. Sancta Maria Mater Dei, ora pro nobis, pro nobis, inquam, peccatoribus. Amen. Id ita S. Severi Patriarchæ Alexandrini precatio non ita pridem conversa demonstrant. Hæc autem salutio Angelica additamentum hoc, Sancta Maria Mater Dei, ora pro nobis peccatoribus nunc, & in hora mortis nostræ, Amen, accepisse dicitur, anno Christi quadringentesimo trigesimo primo, & Cælestini Papæ octavo, postquam hæresis Nestorii, qui fuit magnus B. Mariæ hostis, ex sacris divinis scriptura oraculis Ephefi fuit prostrata, & condemnata, inquit Baron, tom. 5. an. 431. *Pet. Canis. lib. 5. capite 30.*

S. Gertrudis aliquando egrotans, & lecto decubens, cum horas suas legere non posset, neque etiam juxta desiderium suum ad honorem Beatissimæ Virginis Mariæ valeret dicere ex integro salutationem Angelicam, conata est tamen sæpius iterare saltem hæc verba: Ave Maria, gratia plena, Dominus tecum. Huic Virgo Deipara apparuit, induita pallio aureis floribus mirè exornata, quibus designabantur salutationes ab ista cum labore, & in his excellensimè relegebat pius affectus, quo ipsam gloriosam Virginem salutare desideraverat; relegebat etiam sacra discretio, qua illa tantum verba legerat, cum sentiret se alia legere non posse: relegebat item integra fiducia, qua confidebat, Matrem Domini benignè suscipere hoc ipsum exiguum servitium suum. *Ludov. Blos. Monil. spirit. cap. 3.*

#### SALUTATIONIS ANGELICÆ UTILITAS.

Eufemia benè morata virgo ad religionem aspirabat: diaboli terrorem puellam à sancto monachum suscipiendæ vitæ proposito deducere conatus, humana specie se illi identem ingerere, vitæque illius qua asperitatem, qua miseria iterum fallacissimo proponebat, rursus conjugalis vitæ felicitatem, ac delicatas orationis vanitate amplificare pergebat. Cui Eufemia: Quid mihi, inquit, proderunt oblectamenta ista post mortem? Hoc demon responso quasi aliquo telo ictus puellam nihil redarguens, & ad cubiculi, in quo erat, trahens fenestram, omnibus viribus adnectebatur, ut eam inde deiceret, precipitaretque fessissimè. Territa Eufemia salutationem pro illo hominum puellam ponit usum, cujus auditione hostis parcens, Si te, inquit, ad monasterium contuleris, ero tibi semper infestus, & nunc quidem sine dubio perisiles, nisi mulierem illam mihi inimicissimam invocasses, quæ mea frangit.

D. Eremita quidam in sylva proxima, qua Brocherota vocatur, communibus solitariis, vidit, sicut ipse referebat, non dormiendo, sed vigilando media die sanctam Dei Genitricem Mariam in celo insister Regine præcello throno residentem; & duas sanctas Vvalderudem videlicet, & Aldegundem, pedibus ejus se prostermentes, & de Theodorico Aveniensis, qui ecclesiæ earum combusserat, ultionem postulantes; cumque vehementer conquerentes acris iustitiam expeterent, sancta Virgo sic eis respondebat: Parcite, quæso, mihi que nolite esse molestæ; quia nolo ad præsens cum gravare: Uxor enim ejus domina Ada quoddam servitium mihi facit, quo me sibi sic familiarem asstringit, ut nec ipsi, nec marito ejus pati possim aliquid inferri gravaminis. Cumque sancta illa requirerent, quod esset illud servitium, respondebat: Angelicam illam salutationem, quæ in terris principum mihi lætitiæ existit, singulis diebus mihi sexages replicatæ vicies quidem prostrata, vicies genibus flexis, vicies autem stans, aut in ecclesia, aut in cubi-

culo, aut in aliquo loco secreto. Cum verò adhuc ille sanctæ instantius multa replicantes sese vindicari importunè exigerent, tandem S. Virgo sic eis respondit: Rogo, ut mihi ad præsens de hac ultione inducias detis, & ego promitto vobis, quod veniet tempus, quando de eo iustitiam vobis faciam, & contra D. Adam nihil delinquam. Conspicui verò ejusdem Theodorici contristati, quod de conjugis sue prolem non haberet, consanguinitatis linea quarta eos propinquos esse coram Odone Episcopo Cameracensi, qui Abbas fuerat S. Martini, Tornaci, accusaverunt, & die statuta jurejurandum confirmant; Sicque Ecclesiastico judicio, cum jam plusquam viginti annis simul mansissent, conjugium illud dissolvi fecerunt. Vix autem dimidius annus transierat, ecce præfatus Theodoricus in sylvam venatibus pergens ab Isaac de Barlemonie insidiis circumventus occiditur, & ad cenobium Lessiensis, quod ædificaverat, relictus, & ad cenobium Lessiensis sepelitur. Tumque vulgatum est, verum fuisse, quod solitarius se audisse dixerat, B. Mariam promittentem, qui eas vindicaret; & contra dominam Adam jam ab eo separatam nihil delinqueret. Eadem verò domina à marito disjuncta, continuo relicta seculari pompa ad cenobium, quod cum viro suo construxerat, abiit, nec tamen ex toto proprietatem dimisit, sed ædificata juxta ecclesiam sibi domo lapidea, nolens gravare monasterium, de redditibus suis usque ad finem vitæ vitam. In tantum verò id, quod diximus, eliminatum est, ut etiam Gostegimus, qui Theodorico successit, eandem salutationem S. Mariæ quotidie replicaret, multique suis eas dicere suaderet. Quamobrem & ipse licet multa mala fecerit, tamen bono fine vitam terminavit: Nam sentiens se valida agitudine laborare, in eodem cenobio monachus factus, sique defunctus, juxta avunculorum suum in Capitulo est sepultus. *Ex Chron. monast. S. Martini Torn. M. S. per Hermannum Abb. 3. conscript. 19. habetur. 3. vol. annal. Hannoni. cap. 19.*

Quidam venerabilis Archiepiscopus Cantuariensis ecclesiæ, revertens olim à curia Romana, in Abbacia B. Benedicti, quæ est apud S. Audomarum, hospitatus est, & diacristina ductus in Capitulum, sermonem adificationis cum fratribus habuit. Finito autem sermone, indicavit eis, quod cum esset apud Beneventum, audisset à quodam viro religioso, qui de partibus Hierosolymitanis oriundus erat, G. quod in illa terra quinque Psalmos incipientes à singulis literis nominis Beatæ semper Virginis Mariæ, in honore, & memoria ipsius frequentare consueverat. Hi ergo sunt Psalmi: Magnificat, Ad Dominum, Retribue, In convertendo, Ad te levavi, & singulis Psalmis salutationem Angelicam, scilicet Ave Maria præmittebat. Erat autem ibidem in conventu S. Bertini monachus quidam Joscio nomine, qui hæc vigilanter audivit, & quotidie post matutinum prædictos Psalmos in honorem B. Mariæ Virginis decantare cepit. Accidit igitur, ut quadam nocte circa festum S. Andree Apostoli, furgentibus fratribus ad vigiliis, ille frater Joscio choro psallentium non interesset. Subprior verò chorum circumiens cum lucerna, ibi cum non invenit, ad lectum ejus citius perrexit, & defunctum reperit. Convocati itaque fratres accurrunt stupentes, & lugentes, vultumque ejus discooperientes invenerunt quinque flores rosarum in vultu ipsius. Unus egrediebatur ex ore, & lingua ejus: duo de oculis; & duo de auribus. Latantes autem pro tali miraculo derulerunt eum in chorum, & facie discooperita cum recentibus rosis diligenti intuentes, in rosa, quæ de ore egrediebatur, invenerunt scriptum, Maria. Tenuerunt igitur illum per septem dies, donec tres Episcopi convenirent, quorum unus fuit A. H. trebentis Episcopus, qui fuerat Abbas Cisterciensis, & multum alii Clerici, & laici, qui viderunt magnalia Dei. Id verò accidit circa annum Domini 1162. circa finem regiminis Leonis Abbatis, & Theodorici Comitis. *Ex archiepiscopi monast. Bertinienf. Audomar. Vincentius in bist. Molanus in Natal. SS. Belgii. 30. Novemb.*

Illud addam ad ejus honorem, quod Paranympus Gabriel decentissimè honoravit, à Cisterciensibus decumptum. Erat emerita militiæ veteranus, qui saculo, etiam tunc, renuntiavit, sanctum Cisterciensium ordinem introivit. Questus autem à magistro novitiorum, si sciret orationem dominicam, scilicet Pater noster, negavit nunquam se discere potuisse, contestans. Quid plura? Fit labor inanis, ut dicas; & cum non posset, præcepit Abbas, ut saltem brevem illi Angelicæ salutationis versiculum inculcarent. Quod, etsi multo, & diuturno labore factum est tamen. Cum enim ad exhortationem magistri sui, ipsum versiculum inter prændendum ad unamquamque buccellam

lam ferè, non oblivioni traderet, ruminaret, ex frequenti, & longo usu, tantam in ipsa salutatione mentis concepit dulcedinem, ut cordi ejus, & ori sola memoria Christi Christi, quamquam aliis avocatus, indelebiter adhereret. Contigit ergo, ut post aliquot annorum curricula veteranus ille devotissimè moretur, & inter fratres cœmeterio sepeliretur. Mira res, de tumulo ejus non multo post à parte capitis arbor nasci ignoti generis vita est, cujus folia licet aureis insignita, Ave Maria, gratia plena, & die statuta singula continebant. Quod ubi notum fit Daciano Pontifici, ad locum venit ipse miraculi, radicem arboris per effusionem diligenter scrutatus est, & eam de ore veteranus illius ortum habere probavit. Nec mora, ubi divina ostensionis arbutula debitum officium executæ est, in oculis omnium aruit, & defecit. Quicumque igitur matri Christi cupis esse devotus, salutationem istam frequens, & devotus ingemens; nec credo quicquam illi gratius vocalis laudis offerri. *Thom. Cantiprat. l. 2. de Universal. c. 29. ff. 9.*

Cum quidam è familia B. Catharinæ Svedicæ virginis, & viduæ, somno correptus, e curru decidisset inter equorum pedes, sedentes mox roto adeo ejus costas atteriverunt, ut vix anhelitum decere videretur. In curru autem sublevatus, animam Catharinæ multo dolore affecit. Itaque suo more dicebat salutationem Angelicam, & leniter hominis quassatum latu condebatur. Mox adeo ille restitutus est, ut qui praedolens accerbare spirare vix poterat, eodem die lætus & fevoret, Christum laudans, & S. Catharinam, cujus meritis esset salutem tam celeriter adeptus. *Surtus in Vita 22. Martii.*

#### DEIPARÆ CULTUS PER RECITATIONEM ROSARII.

Ubi primum de illius NOMINE, ET EPIPHETIS. De Mariano Rosario aliquid dicturus, primum nominis ipsius causam, & originem proponam. Rosarium propè significat seriem, seu coronam, qua virgines circum tempora cingi solent, postquam adornari. Ad hujus autem similitudinem formulam quandam orandi per calculos, receptissimam apud Fideles vocabulo Rosarium dicimus, quod nempe in ea certa preces, videlicet orationes Dominicæ, & Angelicæ salutationes ob mysteria quædam repetitæ, Virgini virginum offerantur, tanquam egræguum, & graffissimum quoddam serum spiritibus floribus odoribus cumulatam, quod merito coronam vocamus, eo quod in circulum recitando abeat, redeatque oratio, unde egreditur: siue quod ter granis consistit, quor fuerunt anni vite Beatissimæ Virginis, scilicet 63. vel juxta nonnullos 72. Sunt, qui appellant Rosarium Marianum quod integrum Rosarium consistit ex 150. Salutationibus Angelicis juxta numerum Psalmorum Davidicorum: vel instrumenti Musici, quod Hebræi Nahalim, & Greci Organum dicunt, in quo sunt 150. stultæ: eoque olim decantari solitum volunt Psalterium Davidicum. Immo figuratum fuisse hoc virginialis laudationis Canticum alicui videri posset per Cytharam, qua David malum spiritum à Saule expulset: & per tympanum, quo Maria foris Moyses post demersum Pharaonem, in gratiarum canticum comitata aliis fidei fexus se effudit. Siquidem malignus spiritus non semel hæc armatura repressos in progressu docebitur. Atque hæc precandi formula laudes, & gratiarum præconia Virginis Deiparæ ob varia beneficia humano generi collata desiderimus, eamque Advocatam nostram in hac lachrymarum valle agnoscamus, & profitemur.

#### ILLIUS ANTIQUITAS, ORIGO, USUS.

D. De prima Rosarii origine varii variè sentiunt. Scribit *Aquensis, lib. de Rosæ corona*, ad Imp. Maximilianum, jam olim inter nascentes Ecclesiæ primordia, fideles perfectiores consuevisse Psalmorum Davidicorum tres quinquagenas Deo persolvere: & quia rudiores id præstare non poterant, ad mysticum illorum Psalmorum numerum orationes, quas didicerant, accommodasse, non ignorantes illum sub his significare, de quo frequenter David in Psalmis loquebatur, unde & trinas Angelicarum salutationum quinquagenas Marianum Psalterium appellare ceperunt, Dominica oratione in singulas Decades disposita.

Rebellis quidam l. 1. de Rosæ corona, dicit Japonæ, & Indos quoddam certis Idolis precum ferra offerre, quæ & coronas, indubie à veteribus Christianis, & Rosaria appellant. Sunt, qui Petro Eremita adscribunt modum orandi per lapillos, siue calculos, ut *Pineda l. 20. Monare. Eccles. 2. §. 4. Pallad. in Lusitania cap. 2. l. 2. Abbati Paulo attribuit: ut & bist. Tripart. l. 8. c. 1.*

Cæterum pro explorato est, Rosarii formulam prout modo est in usu, & veneratione, primordia habuisse quoad orationum distributiones, & mysteriorum significationes à S. Dominico, L. B. T. beat. vit. Human. Tom. V.

nico anno M. cc. xvi. qui sanctissimam hujus nominis fraternitatem instituit, quo tempore Albigenes dolis, & armis hanc Franciam regnum devastabant, & Ecclesiam maximis molestiis afficiebant. Itaque ut restitueret in sua Epistola SS. *Thomas Joannes Lopez*, ipsa Virgine revelante, & velut arma adversus insolentissimos hostes suppeditante, preces, & devotas supplicationes sacra militia in honorem ipsius instituit. Neque fessellit eventus subsecutus. Vixit etiam Virgo benedicta assistere. Simoni Comiti Montisfortis adversus robur exercitus Albigenium, cumque immixtis de celo 150. lapidibus fugavit. Sic ut octo Christianorum millia supra centum millia hæreticorum interfectioni dederint, cæso Petro Tarraconensium Rege, qui eas copias ducebat, & fugato Melchior Rege Aphrorum, quem illi cum ingentibus copiis in auxilium evocant, quique dolore animi in Sicilia occubuit. Adhuc autem fuerunt hæc circa annum Domini 1216. videatur *Anonin 3. p. Spec. bist. vit. 19. & Vincent. lib. 30. Spec. Arque in hujus rei memoriam xv. Decades Rosario adscriptæ, quarum singulæ constant salutationibus Angelicis, & unica oratione Dominica.*

#### Ubi infra, Tit. Sodalitatis B. Mariæ.

Est igitur Rosarium, siue Psalterium, sacra quædam formula precandi Deum in honorem S. Mariæ, quæ centies quinquages recitata Angelica salutatione, instar Davidici Psalterii, & cuilibet decadi interjecta oratione Dominica, per 15. decades, quinquaginta præcipua humanæ infestationis mysteria piis meditationibus percensentur. Hujus autem adeo præclari imitatio, Beatissima Deipara edocente, auctorem fuisse B. Dominicum, etiam Rom. Pontifices Leo X. Pius V. Gregor. XIII. ac Sixtus V. Apostolicis diplomatis profiterentur. Cæpit ergo saluberrimum Rosarii institutum, prout modo eo utuntur Catholici, per B. Dominicum, ejusque fratres Predicatores, incredibili cum animarum fructu, ubique propagati, erectæque sunt ejusdem complures Societates.

Sed B. Dominico morte in celum recepto, cum celeberrimo confuendo, vel hominum negligentia, vel demoniarum paucitatem crepisse exidere, ut penè jam extincta videretur, sacratissima Virgo immenso circumdata lumine, Fratri Alano eximio concionatori se visendam exhibuit: atque monuit, ut tum ipse, tum ejus socii Predicatores, collapsam sacri Rosarii devotionem totis viribus restituere conarentur. Siquidem hoc ingenus orandi promptum, ac facile esse sibi gratissimum, ad imperandam divinam misericordiam accommodatissimum, populis salutare, & contra quævis adversa præsens auxilium. Sed & Priorem Conventus Predicatorum Coloniae civitatis, eadem sanctissima Virgo ad eundem instaurandum sacrum ritum, cum se illi fecisset conspicuum, vehementer accendit.

Vix verbis exprimi potest, quantum predicatione, & operâ FF. Predicatorum divina ista devotio in Christiano populo ubique promoverit, quot, quantæque in honorem Dei Genitricis sub Rosarii nomine fundate sint Societates, in quas Reges, Principes, Imperatores, atque Ecclesiarum Pontifices summum ducunt honorem cooperari. Romani etiam Pontifices in numeris Indulgentiis, Privilegiis, favoribus, atque gratis facrum istud Rosarii institutum prosequentes egregie ornant. Sed imprimis ipsa Beatissima Dei parens Maria, quid ipsa mundo contulit salutem Rosarii donum, mirifice foveat, & augeat, cultores ejus ingentibus afficit beneficiis, & clarissimis maculis illustrat.

#### ROSARII VIRTUS, ET FESTIVITAS.

Porrò Anno Domini M. d. lxxi. dominica prima Octobris. Classis Maurorum multis elata victoriis, numero, & potentia Christianorum vires excedens, mirabiliter superata, non aliis quam spiritualibus Rosarii armis fuit. Quippe istius militiæ fratres Rom. Pontificis Gregor. XIII. hortatu ad Virginem conversi, ei ferta, & Rosaria sua obtulerunt, humilique prece illius patrocinium postulaverunt, & impetrarunt. Quo factum ut motu proprio Pontifex staret, ut quotannis prima Dominica Octobris celebraretur in omnibus Ecclesiis Ordinis à S. Dominico instituti festum Rosarii, in quo fideles Deo gratias agerent, & misericordie Matrem communibus votis prædicarent. De quo iterum *Joan. Lopez supra in conc. fess. SS. Rosarii.*

Quocirca sanctissimus Pontifex Clemens VIII. Apostolica auctoritate festum Rosarii Dominica prima Octobris, à Gregorio XIII. institutum; publicis Ecclesiæ tabulis his verbis inferendum præcepit: Die septimo Octobris commemoratione sanctæ Mariæ de Victoria, quam Pius V. Pontifex Maximus, ob insignem victoriam à Christianis bello navali, P 2 ejusdem



eiusdem Dei Genitricis auxilio hac ipsa die de Turcis reportata, quotannis fieri solent: & Gregorius XII. prima hujus mensis Dominica die, annuam solemnitatem Rosarii ejusdem beatissimæ Virginis celebrandam decrevit. Festivis igitur hodie sacratissimam Virginem laudibus celebramus, quod & sanctum Rosarium, & per illud innumera nobis beneficia contulerit. Ita legitur in *Breviario Ord. Prædicatorum, Anno 1603. Romæ, in alibi edito.*

### ROSARII FORMA, CONTEXTUS, MATERIA.

Quod autem in mystico hoc ferto, quod Rosarium Catholici appellant, calculi, sive globuli addibantur, ne facile in numero orationum perfolvendo sensibili tactu erraretur, minus novum alicui videri debet, qui attendat, quod de Paulo Anachoreta memorant *Palladius, Sozomenus, Cassiodorus*. Hic enim ut erat 500. Monachorum Pater, solitus erat indies CCC. orationes, Deo velut penum perfolvere, & ne in numero fortassis delinqueret, lapillum ad singula in sinum proicere, quin memorie prodium, quod S. Clara virgo sanctissima orationes Dominicas congerie lapillorum Deo solita fuerit annumerare, quod calculos ad manum non haberet. Quorum tamen antiquitas ex Sarcophagis vetustioribus, & imaginibus liquet, *Scripsit tom. 2. in vita S. Clare.*

### ROSARII RECITATIO PIA, ET DEO GRATA.

Laudatissima est inter Catholicos quotidiana recitandi Rosarii consuetudo. Ostendit autem B. Virgo certissimis, plurimisque indicis, quod sibi gratia esset pietatis exercendæ ratio: frequenter enim in periculis, aut calamitatibus præsentem ejus opem experti sunt, qui consuetudinem hanc usurparunt: In primis vero Adolefcentis quidam, cui sic aliquando B. Virgo apparuit, ut portionem illi suavitissimam calice impundo bibere daret videretur. Admiratur adolefcentis, quid hoc rei sit: At Virgo, qui gratior puritas, & salus animi esset, quam quod ab illo quotidie percurreretur Rosarium: Vide, inquit, fili: preces rosarii tui sunt mihi gratissime, sed calix, quo porrigit, eo quod tu minus puriter vivas, avertit mihi, atque horrore est. Quibus verbis permotus ita est adolefcentis, ut continuo novam, & meliorem vivendi rationem invenit. *Albert. Castell. lib. de Rosario.*

Cum Rosarii rosa deflueret, ac fervor intepesceret, quem quondam Eloyus Carthusianus accendebat, quo sanctissimam Germaniam pestem Rosarii medicina fugaret, quemque Divus Dominicus omnium maximè inflammaverat, Deipara Virgo animorum medicina inventrix, expultrixque morborum, Alano mandavit, ut Rosarii Societates rursus aggregaret, quo autem ad id munus parator, & prior redderetur, concionibus adjuvaret fore Virgo promissit, edituramque miracula. Quorum unum annuli fuit, quem ex digito virginali detractum, de quo sanctissimi sui capitis crinibus, capillisque contextum Alano dedit induendum. Quo ille dono erectus, ac recreatus annos quindecim Rosarii concionator fuit, divinosque flores variis mundi locis sparsit, qui odorem suavitissimum exhalant. *Alanus Rupen, lib. de Rosario Joan. Bonif. lib. 2. de hist. Virg. cap. 15.*

Cum concionaretur D. Dominicus cum magno fervore in Regno Francie, Christianissima Regina nomine Blancha rogavit ipsum, ut vellet sibi orationibus à Deo impetrare filiolum: S. vero Dominicus respondit: Regina, te exhortor, ut recites Rosarium B. Virginis Mariæ, & compares tibi multa Rosaria, desque iis, qui volent legere, promittens ipsi his verbis: Regina spera in Deo, quod si hoc feceris, & fueris devota B. Virginis, Deus per ipsius preces, & aliorum, qui legent hoc Rosarium, dabit tibi filium filii carum, virumque sanctum. Hoc facto devota Regina tempore statuto peperit filium, qui fuit Christianissimus Rex Ludovicus, inter Sanctos relictus ob suam virtutem, opera, & miracula. *Ex eodem Alano. Rerum in Hortulo exempl. tit. de B. Maria.*

Eodem tempore, quo idem B. Dominicus prædicando pugnavit contra hæreticos Albigenes, & Rex Francorum Ludovicus nomine, pater sancti Ludovici, armis eodem impugnaret, fuit in exercitu quo quidam miles de Britannia oriundus, prope oppidum Dinavensem, Alanus nomine, in predicatione B. Dominici mirum in modum commendantis confraternitatem Rosarii B. Virginis, in animo suo concepit effici Sodalitatis illius, Quod & implevit: Nam per singulos dies dicebat devotè, & genibus flexis tria Rosaria, meditando quæ prius dicta sunt, & illis similia. Huic itaque militi Christi, &

B. Virginis mirabilia contigerunt virtute hujusmodi Rosarii, seu Plalterii: Nam cum semel esset in bello cum valde paucis fidelibus, essetque à maxima multitudo hæreticorum circumfus, ita ut jam fatigatus resistere ulterius non valeret, illi affuit Mater misericordiae, Virgo sanctissima Maria cum centum, & quinquaginta lapidibus, quos ut sibi videbatur contra hostes mirabili cum impetu conjecit, & sic eos in fugam convertit: nonnullos tamen in terram prostravit, & sic cum tali victoria digressus miles cum suis liberatus est. Tandem ergo ad patriam suam reversus, cum valde potens esset, fundavit conventum Dinavensem Ordinis fratrum Prædicatorum, vivente adhuc B. Dominico: ibique receptus est ad habitum Ordinis, qui demum factus est Prædicator devotissimus: Et tandem postquam variis in locis Plalterium prædicasset, obiit in conventu Aurelianensi. Post cujus mortem, os, & manus instar crysalli claruerunt. *Guil. Pipinus Tract. de Rosario.*

Mulier quædam inops, atque egens cum adversario potentissimo litigabat, cui pro opibus, & gratia & licet prorogare, & levissimi iudicis animus donis corrumpere liceat. Cum verò egentissima femina communi tenuiori sorte deprecator, ac patrono careret, ad eam Regiam confugerat statui, cui orborum, ac viduarum solitudo cura est. Orataque virgine, & recitato Rosario brevi causam obtinuit, non tamen sine divine virtutis auxilio, & miraculo prælaro præpositi Dei. Ter enim iudex iniquus sententiam ex scripto pronunciare aggressus, ter à Virgine revocatur, & contra, atque ipse vellet conversa lingua secundum inopem mulierculam coactus est proferre sententiam. *Joan. Bonif. hist. Virginalis lib. 2. c. 15.*

Nobilis quidam homo, olim magna auctoritate hoc regno Fungano pollens, habebat Filiam matrimonio cum Gentili copulatam, cujus mater cum tota familia quoque erat Gentilis, nullus verò Christianus, nisi dictus nobilis, vir bonus, & religiosus. Accidit, filiam ex improviso infirmam, & quidem intra sex dies usque ad mortem: quidam aiebant à demone obsessam, propterea quod tam furiosos insolitos gestus ederet, ut ægrè à duobus, vel tribus hominibus teneri posset. Marius, & sacer implorant opem Bonziorum, sed fuis illi ritibus, & nugis superstitiosis non hilum quidem cum juvare potuerit. Verum quia fecimur impendebat mors, certiorum reddidere ejus parentem octodecim miliaribus inde dispendium. Is celerem adyolat, invenit filiam quidem spirantem, sed mentis impotem, ut patrem suum non agnosceret, Pater illico mandat submoveri omnes Bonzios, alioque Ethnicos lectum filipates: ipse vero accepto Rosario ter Dominicam orationem, & salutationem Anglicam aggreditur pronunciare: femina interim nihil mutat, sed horribilior potius gestus, quam prius edidit, ut à multis teneri vix posset. Pater redit ad prædium Rosarii: eo verberat tergum filie, dicens: Tu videre mihi demon aliquis, excede ex hoc corpore, & respondit demon? Non excedam, Pater, ut erat homo virtute præstans, Rosarium iniecit in ejus collum, dicens: Velis, nolis, excedes. Tum demon: Tollite, inquit, Rosarium, quia abiecit mihi collum, & tunc excessit. Respondit Pater: sic cum diverberatum, & sic excessit. *Mart. Del. Rio de Maria: ex literis Japonicis Ludovici Prov. ann. 1596.*

Adolefcenti cuiusdam, quem diabolus omni ope irritare conabatur, confessio saluti fuit. Hunc demon primò oblata eximia mulieris specie illexit, blanditusque captum extra Urbem in remotissimum ab arbitrio locum multa jam nocte seduxit. Ibi hominem magnopere monere, orare, postremo impare, Hic B. Maria coronam, quam circumferebat, statim abiecit, si sua forma frui vellet mirari adolefcentis, qui corona in veste adita illi subvolvisset: cui tantopere B. Virginis cultus invisus esset. Ad extremum suspicatus id, quod erat, illum diabolus effudit omnino negat se id esse facturum. Hic Satan ubi nihil impetrat ira furens, abiecta mulieris forma, fere in horribilem belluam convertit, & unguitibus cornibusque attonito rei novitate adolefcenti exitum minatur. Sed furor ultra minas progressus non est, B. Maria belluæ impetum prohibentes ille autem metu quidem exanguis, sed tamen incolumis, fere inde proripuit. Nihil scius illi demon alius spectris infidias struere insidit, ac modo aurum, modum volupatum illecebras obiciens incautum subinde captabat. At ille ut se aliquando his molestiis, ac periculis liberaret, nostrum Sacerdotem adire constituit. Hujus suavis Sacramentis armatus omnes importunissimi adversarii conatus elusit. Ita adolefcentis B. Virginis deditus ejus secundum Deum ope præstans periculum vitavit. *Ex Annal. Societ. anno 1545. in Provin. Mexicana.*

Doctiss.

Doctissimus vir Martinus Navarrus, cum sexaginta amplius annos consuetudinem habuisset quotidie recitandi Rosarii, negat se melius quicquam hac exercitatione repetisse: ut antequam decadem aliquam inchoes, mysterium, quod in ea meditandum est, breviter in memoriam revoces, retinendam postea, dum decadem absolvas. Deinde sub initium orationis Dominice, Deum velut præsentem animo subicias, ut Patrem: initium salutationis Angelicæ, B. Virginem, ut matrem: absoluta decade, quasi animi recreandi causa, huiusce verbis ad gratulationem te excites, decies milites te benedicant. Virgo Mater gloriosa Maria, omnes Angelis, & Archangelis, &c. cum quibus speramus te aliquando cernere, colesque in celo, Amen. Deinde post secundam decadem, Vices milites te benedicant, Virgo Mater gloriosissima, omnes sancti Patriarchæ, Innocentes, & S. Joan. Baptista, & omnes sancti antiqui testamenti. Post tertiam: Trices milites te benedicant Virgo Mater gloriosa, omnes sancti Apostoli, Discipuli Domini, Evangelistæ, omnes Martyres gloriosi, &c. Post quartam: Quadrages milites te benedicant Virgo Mater gloriosa, S. Anna mater tua, & Mariæ sorores tuæ, amice filii, Magdalena, Martha, & omnes sanctæ Martyres, Virgines, Viduæ, Conjugæ, cum quibus speramus te aliquando cernere, colesque in celo, Amen. Atque hæc gratulationes repetende, tum in prima Rosarii parte, quæ læta mysteria B. Virginis continet: tum secunda, quæ lætuosa, tum tertia, quæ gloriosa, in singulis decades suis laudibus distribuitis. *Navar. Miscellan. 24.*

### ROSARII IMPUGNATORES PUNITI.

Anno Dom. 1472. Senescentem Rosarii pietatem D. Dominici sectatores, jubente Deipara, Coloniz renovandam curarunt. Procedente eorum industria, & Sodalium augefcente numero prospera Rosarii principia duobus illius urbis concionatoribus ingrata, & injuncta fuerunt. Honorabat concionatoris hoc par, & celebrabat maxime populus ob eloquendi artem, &c. idcirco ad horum utriusque concionem audiendam innumera multitudo confluebat. Igitur Rosarii crescentis invidia tacti, illum ipsum ita precandi morem vituperare adorti, & seque versute, ac veteratiori in auditorum animos insinuantes, Rosarii religionem, & sanctitatem peridiose, impièque vexarunt. Alter enim eorum incredibili audacia cum Sodalitatis perniciem, & sacri injuria Rosarii in superiore loco, multa jactavit, multa impudenter effudit, quibus retraditi quam plurimi, & ab ea pietate decerui, partim Sodalitatem, quam jam coarctant, deferuerunt, partim in eundem confilii profus abiecerunt. Sodalitas ergo, quæ multos numerabat, ad paucos redacta, solitudinem deplorabat. Cum verò nugator ille quoddam animadvertisset, & Rosarii adhuc tenaces esse, & Sodalitæ frequentare, ad eam religionem funditus evertendam, & ejus exanimanda Collegia, concionem in proximum Dominicum diem, cum applausu auditorum indixit, in ea se monstraturum, quàm esset inanitas, & inutilis ea religio. Advenerat dies, populusque in maximam concionis expectationem adductus, templum omne compleverat, cum eundi tempus esset, neque tamen Orator appareret, quæstus à suis, inventus est mortuus. Nam proximi sabbathi nocte, cum sanus, & valens deambulasset, & minacem illam concionem habiturus esset, Dei judicio omnia contentus, ac regentis repente obiit, nullo teste, nullo adjuvatore, nemine, qui salutem Iesu, & Mariæ nomina identidem invocaret, assistente. Alter ille Orator erroris concors, & locius, Rosarii exagitator impius, illud humanitas evenisse censens, mortui consilium se professus hæredem, Rosarii reliquias delere constituit, & in eum finem concionem advocavit: dumque in suggestum parat ascendere, tota urbe inspicant, paralyti repentina correpti in terram subito conciderunt, integra tamen Dei beneficio mens mutata, insantique relinquuntur. Cum igitur intellectisset improbatum Rosarii se pœnas meritas dare, & supplicii causam agnosceret esse iustissimam, cœli Regiam, cum voce non posset, animo, & corde compellat, illiusque Matris opem mutatus implorat, & linguam à Deipara postulat, quæ prædictæ, dilaudatque Rosarium, quod furis agitur impugnavit. Impias, ac nefarias conciones commendandi pro dignitate Rosarii cum assidue, tum alacritate, & studio se correcturum esse promittit, diligentioremque se ad restituenda Sodalitæ fore, quàm fuisset ad evertendam furiosus. Vix sponsonem, votumque finierat, cum vox illi, linguaque reddidit, & valetudo pristina reparatur. Inde ad suggestum latus ascendit, & in illa maxima frequentia Rosarii laudes suavitissimè, yecillimèque

L. B. Teat. vit. Human. Tom. V.

profecit, taleque ei pietatis testimonium dedit, quale ejus esse oportebat, qui beneficio Virginis ex tanto, & tam gravi Eritum periculo, tum supplicio incolumis evasisset. *Joan. Lapefus lib. 1. de Rosario, cap. 25.*

### ROSARII FRATERNITAS.

#### ILLIUS ANTIQUITAS, AUCTOR, DIGNITAS.

Non solum ipsam Rosarii formulam nexum, & mysteriorum sacrorum, quæ ad singulas quindenas assignate sunt, significationem B. Dominicus instituit, sed insuper fraternitatem illius nomine ad honorem Deiparæ crexit, quam per totum etiam terrarum orbem celebrem esse voluit, dum eam unâ cum ordine suo innoscere, & propagari effecit. Siquidem quo anno ipse in Divorum Catalogum adscriptus fuit, quærat ab Incarnato Verbo 1227. numerabantur in Christiano orbe familiarum Prædicatorum in quibus Rosarii cultus, & collegia erecta erant, 4147. teste *Genebrardo in Chron. l. 4.* neque ullus mundi angulus erat, ad quem hic Ordo unâ cum præfata devotione non penetraret. Sic ut quæcunque alibi sub hoc nomine Sodalitates apud Religiosos posteriores per emulationem excitæ fuerunt, ab hac velut desumptæ, illique insitæ dicantur.

Dignitatem hujus Fraternitatis *Tritemius* expressit, dicens: Quanto Dei mater cum Genitrice sua, meritis, & sanctitate reliquos Sanctos in celo antecellit, tanto Fraternitatis nomini ejus dicata locum tenet eminentiorem: unde & fideles promptam apud Deum advocatam habere mereantur, sub nomine Rosarii, ad honorem ejus fraternitatem instituerunt.

Spectat quoque ad excellentiam hujus Fraternitatis, quod omni sexui, Ordini, ætati communis sit. Hæc inquit *Brissotus, lib. 1. de Corona Rosaræ*, infantiam mulcet, senectutem non offendet, otiosos exercet, non impedit occupatos, potentes, & divites allicit, pauperes, & debiles non excludit, tepidos ad fastidium non adducit, nec vivos tantum sed & defunctos admittit, sic ut hæc Societas omnium aliarum divitiarum complexa videatur. Ita ille.

Adde, quod eandem insignibus favoribus profecuti sunt, supra quascunque alias, Romani Pontifices XVII. numero ab Urbano IV. usque ad Paulum V. eamque ex Ecclesiæ thesauris variis indulgentiis locupletarunt, ut constat ex diplomatis, quibus de super expeditis. Quin Pius V. decrevit anno 1569. ut nemini hæret Capellam in honorem S. Rosarii erigere, absque licentia Generalis Ord. Prædicatorum. Adeo ut ante annos 24. etiam illi, qui apud Clericos Societatis Sodalitæ adscribantur, nomen prius huic Fraternitati dare consueverint, in agnitionem primæ originis, & instituti.

#### SCRIPTORES.

Scripserunt de Rosario, & illius Fraternitate, Abbas Tritemius, Alanus de Rupe, Pelbertus in Stellario Corona Rosarii. Navarrus in Miscellaneis. Ant. Senensis in Biblioth. SS. PP. Joan. à Cartagina in Homiliis, Joan. Lopes, Anton. Aurore in Cathedismo, & alii ex professo.

### CANTICUM, SALVE REGINA. B. VIRGINI PERSONLUTUM.

#### Ejus Utilitas, & Antiquitas.

Hermannus ille, qui propter membrorum stuporem Contractus dictus est, ut meminit *Guilielm. Esfengrin* in Chronico, Hæc ad eam nobilitatem, quam generis dederat claritudo (quippe Veringensis Comes) doctrinæ, & sanctitatis decus adiunxit. Ex hujus namque illustri, religiosique viri scriptis celeberrimum Canticum, *Salve Regina*, iustissimè de causis memoratur. Nam præter Virginis præconia ipsa etiam antiquitate commendatum est. Siquidem anni plus quingenti numerantur, ex quo hic Cantus prodixit in lucem: quem à doctis examinatum, & sapientibus explanatum, ab utroque approbatum mater usurpat Ecclesia. Faventibus superis hoc carmen decantari constat. Nota illa historia, D. Bernardum Abbatem Claravallensem Apostolicæ sedis legatum, cum Spitam venisset, quæ Germanie imperialis est civitas, à clero, & populo cum triumpho exceptum, & ad primariam ædem Deiparæ sacram deductum, & in ipso aditu, *Salve Regina*, esse cantatum: Bernardo ter tribus in locis genua esse deflexa, & in primo quidem, O clemens, in altero, O pia, in tertio, O dulcis Virgo Maria, voce clara responsum. In cujus rei memoriam hodie ceræ laminæ ternæ videntur, in quibus quo ordine Bernardus cecinit, inscripta sunt verba. Quin & quotidie in Spicinis hoc templo cantatum,

P 3 Salve



Salve Regina cum melodia concinitur, ipsique hæretici, quorum magnus est numerus, ad hujus sacri hymni modulatum canticum audiendum libenter accedunt. Ex *Chronici Nuclei ann. Dom. 1142. Canis. de laud. Virg. lib. 5. cap. 13.*

Mulier quædam de partibus Arcetinis jam dies septem gravissimè cruciata, cum prætormento nigrum induta colorem desperaretur à medicis, D. Franciscum, qui jam diem suum obierat, confiderenter invocavit, votique promissione facta dormivit. In quiete beatum pauperum Patriarcham vidit, se humanissimè consolantem, duoque illa percontantem: Agnoscis me? & canticum Salve Regina ad implorandum Deiparæ tenes auxilium? cum illa se utrumque nosse respondisset, (nam Franciscum vel de facie noverat, si ejus vixit ætate, vel vulnera prodiderunt ea se forma ostendentem, qua pingitur.) Exordire igitur Aniphanam Salve, Franciscus ait, qua necdum perfecta, salva, & incolumis partum effundens. Ad hanc vocem expectata mulier, & admonitionis memor celebrem Ecclesiæ cantum, *Salve Regina*, pronunciat, inque verbis illis, & Jesum benedictum fructum ventris tui nobis post hoc exilium ostende, puerum pulcherrimum doloribus liberata peperit, ac Reginæ misericordiam gratias egit, quæ Divo incurrente Francisco, pietatisque virgine vel post mortem magistro manum sibi porrexit salutem. D. Bonavent. in vita S. Francisci, cap. de liberatis à periculo partu.

Pia quædam Matrona, & venerabilis, foror summi Pontificis Clementis III. dum aliquando Fratres nostri post completorium aniphanam illam, Salve Regina, cantarent, & ad illius partem pervenissent, qua dicitur, & Jesum benedictum fructum, &c. vidit beatam Virginem in capite processions super elevatam offerentem filium, ut parvulum, quem gerebat, Fratribus ipsis. Cum etiam ad finem antiphonæ ejusdem, dicendo Maria, sese inclinarent Fratres, vidit eandem B. Virginem inclinantem, & resalutantem eos. D. Anton. p. 3. Chron. tit. 2. c. 3.

Referunt Insularum Philippinarum litteræ annuæ, in residentia Antipolana inductum fuisse alicubi usum, toto anno cantandi in honorem Deiparæ Virginis canticum, Salve Regina, & feria sexta Quadragesimæ post lectionem spiritualem faciendi disciplinam in Ecclesiâ. Cum igitur Indi quidam, more in calidis regionibus confecto, in flumine se abluentes exaudirent campanæ signum dari ad Salve, & disciplinam, mox se amictu resumpto in viam dederunt. Unus solus restitit, & irridens focios idiomate suo dixit: Acoi oviam, id est, Afferte mihi inde aliquid: quæ formula est apud ipsos irridendi: digressis aliis ecce solum Crocodilus (quod animal in his regionibus est admodum ferox, & carnis humanæ percupidum) invadit, & interim, antequam illi subsidium corporale, vel spirituale suppeditari posset. Id verò admiratione non parva dignum fuit, cum bellua hæc admodum vorax sit, hominesque occisos vel totos devoret, vel pedem, aut manum saltem avellat, hunc tamen integrum, & illatum reliquerit, quod Indi attribuerent virtuti decantati cantici Salve, & lætæ disciplinæ. Ex *Annal. Insularum Philippin. per Franc. Vaz. ann. 1603.*

### CAMPANA PRECARIA

#### AD VIRGINIS HONOREM INTRODUCTA.

Invaluit mos apud Catholicos salutandi B. Virginem ad pulsum campanæ majoris, quæ desinente die triplici sonitu duntur. Cujus devotionis initium tribuunt B. Bonaventuræ, ut qui coram Sixto IV. Pontif. perorans, petiit à Pontifice, quatenus Religiosi S. Francisci movere possunt populum, ut absolutis die precibus, signo campanæ audito, Ave Mariam omnes recitarent. Persusum enim plerisque sub vespere à Paranymphe Gabriele salutacionem celestem accepisse. Atque hinc passim in omnibus Ecclesiis majoribus desinente luce, signum editur Angelicæ salutacionis rememoratium. Petr. Canis. lib. 3. de Deip. cap. 3.

Verum Ludovicus Francorum Rex XI. non contentus veteri instituto vespere Deiparam salutandi, etiam hora meridiana fieri voluit publicæ pacis obtinendæ gratia, ut *Guaguinus l. 10. de gestis Frano. scribit. Id primum fieri cœpit anno Domini 1472. primo die Maii, testatur Genebr. in Chron.*

Porto etiam matutina luce in Aurora tandem Campanæ signo omnes excitati, ad eandem Virginem salutandam, eaque confectudo nunc apud Catholicos summa pietate observatur. Sic ut templorum custodes inter alias suas functiones, hanc unice commendatam habeant, ut per diem triplici bambo,

simajores campanæ sint, aliàs repetito novies pulsu, excitent fideles ad orationem, aut salutacionem Deiparæ præstandam: unde facile quisprehendat, an inter Catholicos, an apud hæreticos degerat, si ad locum antea ignotum devenierit.

Vide in loco de Campana lib. 3. hujus operis alias rationes hujus Institutionis.

### TEMPLA DEIPARÆ DICATA, ET ERECTA.

Tanta ab omni ævo, ex quo Deiparæ Virginis beneficia in homines affatim diffusa exiterunt, pietas in eandem semper fuit, ut vix ullam Nationem reperire sit, quæ non locum aliquem ceteris illustriorem, ad illius etiam cultum deputarit. Quod obsequium sibi gratissimum Deus evidentissimis miraculis passim confirmavit. Exemplum est multis, eaque magis celebris, & fides testimonio suffulta damus. Plura Lector requirat apud P. Canis. & alios.

Arado insulæ, quam Aradii filius Chanaan, nepos Noe primus inhabitasse, & in ea urbem munissimam sui nominis ædificasse dicitur, ab Oriente vicina est civitas olim valde nobilis, quæ ex eo quod prædictæ civitati è regione opposita est Antarados, hodie verò corrupta nuncupacione Tortosa dicitur: ubi Apostolus Petrus Pheniceum circumiens, in honorem Dei Genitricis dicitur Basilicam fundasse modicam, quæ multo populorum usque hodie frequentat accessu: & ubi divinitus per ejusdem semper Virginis intercessionem multa dicitur indigentibus fidelibus præstari beneficia. *Guil. Tyrus lib. 22. de bello Sacro cap. 3.*

D. Jacobus Apostolus filius Zebædæ in Hispania prædicavit Evangelium Christi, & in tota provincia novem duntaxat ad fidem nostram convertisse dicitur. Cujus prædicationis tempore in civitate Cæsaraugustana templum Virgini Mariæ dedicavit, ipsius admonitu, quod vulgò dicitur, Nuestra Señora del pilare, etiam hodie plurimum nobilitatum miraculis. Atque hæc fuit prima Christianorum toto orbe Ecclesiæ, ut est constans à multis retro sæculis, ac perpetua fama, & memoria. Causam autem hujus templi à D. Jacobo in honorem B. Mariæ erecti altius repetemus S. Jacobus Major Cæsaraugustæ agens, cum ageretur, quod septennio desisset in Hispania, & novem duntaxat convertisset, urbe sub vespere ingressus ad ripam G. fluminis, ibi vidit Deiparam columnæ marmoræ insistentem multis conspiciam Angelis, hymnos suavissimè cantantibus (qui eam eolumnam Hierosolymis asportant) D. Jacobum his verbis consolantem: Quod vivens multos non feceris discipulos, post mortem effici. Juste ibi extrui facellum, addens fidei illius loci tutelam suscepisse. Ipsi B. Franciscus Arias refert lib. de Imitat. B. Virg. c. 20. & P. Petr. Ribadeneyra de Vitis Sanctorum, in vita S. Jacobi Apostoli, 25. Julii.

Cyris urbis Constantinopolitane Præfectus, postea in sedem Smyrnensem promotus, templum Dei Genitricis dicavit, quod Cyri dicitur: in quo fama est, Romanum illum cantorem eximium propter carmina decantata, honorem, & præmium virtutis à Dei Genitrice recepisse. Templum autem id hujusmodi occasione isthæc est erectum. Cupressus in eo loco ingens, & procerâ fuit, in qua si prioribus temporibus, nescio quomodo imaginem Dei Genitricis quidam occultavit. Cum autem multum præterisset temporis, & imago lateret, ipsa seipsum indicavit. Cupressus enim immenso coruscans lumine, perinde atque fax una ardere visa est, & ingens etiam miraculorum vis ab obscura, & latente efficacia manavit. H. Ubi autem quidam curiositate laudata arborem conscendit, imago ea, unde miraculorum vis profluxit, apparuit. Quapropter Cyris locum cum in honore habens, pulcherrimum mihi, & maximum Dei Genitricis construxit templum. *Niceph. lib. 14. bist. cap. 48. Baron. tom. 6. ann. 446.*

Cum Justinus Imp. vastari à Persis audiret Imperium, ad conciliandum sibi divinum nomen, Dei Genitricis Mariæ templum erigendum curavit, de quo ita hoc anno ejusdem Imperii duodecimo in Miscellan. Justinus Imp. synagogam Judæorum, quæ erat Constantinopoli in Chalco, pretis ablata ab eis, fecit Ecclesiâ Domine nostræ sanctæ Dei Genitricis, quæ est proxima magnæ Ecclesiæ. Quam autem sic Justinus à Deo ob pietatem beneficia consecutus, idem auctor mox addit: nimirum, quod cum deliquit mentis laboraret, ob idque res Imperii in summo essent discrimine posite, tantum Dei Genitricis præstitit sanitas, ut dilucido intervallo potius, cunctis rectè dispositis, statum Reipublicæ in tuto collocaret, acito sibi Tiberio in collegam. Ex *Baron. tom. 7. ad ann. 577.*

Stephanus

Stephanus Hungarorum Rex fidelis, & integer in omnibus actis suis, Deo toto pectore deditus, & addictus, seipsum quoque, & regnum suum per votum, & oblationem in perpetuum Virginis Mariæ tutelam assiduis precibus contulit. Cujus sanctissimæ Virginis honor, & gloria tam est celebris apud Hungaros, ut festum Assumptionis ejus, tacito proprio nomine, sua lingua diem Domini appellent. Atque ut Rex piissimus propensum tantæ Virginis defensionem, & patrocinium posse promereri, in ipsa Regiæ sedis civitate, quam Albam vocant, in eadem perpetuè Virginis laudem, & honorem, grandem & insignem, atque in primis celebrem Basilicam condidit, opere sanè mirifico, cœlatis chori parietibus, & pavimento marmore strato. Quam Basilicam qui vidit, testimonium perhibet dictis nostris, innumera illic haberi paliorum, & eorum, quæ paramenta vocant, genera, tabulas altarum non paucas ex auro purissimo, pretiosissimorum lapidum ordinibus conspicuas: Eucharistia ædulam, quam Ciborium dicunt, arte mirabili supra Christi mensam extructam: conclave omni genere vasorum crystallinorum, onychinorum, auroreum, & argenteorum abundè repleto. Tantæ verò elegantie Ecclesiæ usque adeo Rex sibi uni vindicavit, adeoque immunen esse voluit, ut nullus Episcopus quidem, qui in ea juris haberet. Quibus autem diebus absolutio est penitentibus impendenda, ut sacrum chrisma conficiendum, cum Episcopus voluit in ea, & abolvere penitentes, & chrisma consecrere, quem ipse vel præfatus facere jubet, vel quem ab eis co mitteret. Divina quoque Missarum solemnitas, Rex illic præstat, cum duntaxat Episcopus celebrat, cui Rex, consentiente cum Fratribus Præposito, id demandaret: absente autem Rege, abique Præposito, & Fratrum bona venia, nullum Episcopum illic sibi, vel Missas celebrandi, vel quibuslibet Pontificalis ministerii exercendi licentiam usurpare. Præterea ejus Ecclesiæ populum tanta liberat, & immunitate gaudere voluit, ut nulli omnino Episcopo decimas pendere, sed soli Præposito, & Fratribus, prout ipse instituit, servitium exhiberet. *Caribartius in vita ejus, apud Baron. tom. 11. an. 1002. 12.*

In pluribus Italiæ civitatibus viget adhuc memoria Ecclesiæ, ut in aliis etiam Provinciis videmus factum esse constare, & inter cæteras nobiles ab eo justas ædificari basilicas. C. meminit Gregorius Turonensis de sanctissimæ Dei Genitricis Mariæ ab eodem in Gallia excitata, in cuius erectione ejusmodi insignis miraculum accidisse testatur: Maria vero (inquit) gloriosa Genitrix Christi, ut ante partum, ita virgo creditur & post partum. Quæ Angelicis choris canentibus, in Paradisum, Domino præcedente, translata est. Cujus Basilicæ ab Imperatore Constantino admirabili opere fabricata revidetur: ad quam adductæ columnæ cum præ magnitudine levari non possent, eo quod esset circuitus earum sexdecim pedum, ac diebus singulis castro labore fatigarentur: apparuit artificis sanctæ Virgo per visum, dicens: Noli mestus esse, ego enim tibi ostendam, qualiter hæc quantæ elevari columne. Et ei ostendit, quæ apparentur machine, qualiter suspenderentur trochæ, atque funes extenderentur, illud addens: Conjunge tecum tres pueros de scholis, quorum hoc adiutorio possis explere. Quod cum ille vigilans, quæ præcepta fuerant, cœperat: vocatis tribus pueris à scholis, crexit summa velocitate columnæ. Præstitum est populis spectare miraculum admirandum, ut quod multitudine virorum fortium levare nequiverat, tres pueruli absque virtute perfecti operis sublevarent. *Gregor. Turon. de gloria martyrum cap. 9. Baron. tom. 3. an. 324.*

In diebus Treverensibus obiit Genovesa Palatina. Hæc Ducis Brabantia filia, velut altera Sufanna suis temporibus emicuit pudicitia, & patientia, nec non devotione erga Dei Genitricem. Cujus interventu à Sigfrido Romani Imperii Palatino masculum prolem concepit, antequam is ad barbaras nationes cum magno bellic apparatu abiret. Abiens conjugem cum omni dominio descendendam tradidit militi fortissimo Goloni: Sed miles primum blanditiis, & fectis de morte mariti literis, deinde variis molitiis ejus pudicitiam excitavit, novissimè redenti viro omnia prospera effecit, præter thorum adulterio maculatum. Quare eam cum prole submergendam suggessit. Quod mox maritus ipsa percitus fieri decrevit. Sed famuli eam in nemore deseruerunt, & pro lingua ejus ad Golonem attulerunt linguam alicujus canis. Interim velut altera Agar, cum prole per solitudinem vagatur, & antra inhabitat, limpha, & herbis se sustentans: ab advocata autem sua L. B. Theat. vir. Human. Tom. V.

Deipara Virgine multiplicem consolationem capiens. Per cuius patrocinium etiam cervæ quadam filiole turgidas mæmas exhibuit. Elapsis tandem annis sex, & mensibus tribus, maritus inter venandum in die Epiphaniarum uxorem cum prole reperit, & ex cicatrice vulneris in Brabantia accepti, aliusque signis, & verbis eam cum rigitu cognovit. Noluit illa cum marito congrui, nisi prius sponderet Ecclesiæ eo loco edificare Dei Genitricis, quæ eam in tota veritatibus conservaverat. Quod celerrimè factum est, & constructum Hidulphus Episcopus consecravit: appellaturque Utrovækercke. *Joannes Molanus in Natalibus SS. Belg. April. anni 1472.*

De templo Sanctæ Mariæ Majoris extructo à Joanne Patricio Romano. Vide Tit. Festivitatibus Deiparæ festi-  
vit. ultima.

Anno Dominicæ Incarnationis M. C. X. XI. V. Præpositus S. Michaelis, & Canonici num. XII. paulo ante à Godofredo Bullonio Marchione S. Imperii, in Principe Marchionatus urbe Antuerpia, fundati in Ecclesiâ Archangelo Michaeli sacra, Ecclesiæ suam Norberto, & Religiosis ejusdem recens institutis insigni largitate concesserunt, unâ cum domibus, & fundo adjacente. Ipsi verò eodem loco, exiguum Sacellum B. Virgini sacrum, & miraculis aliquando illustre crexerunt, ita ut paulatim in stupendam illam molem, quæ nunc celeberrima per Europam turri conspicitur, surrexit. Atque in illius ornatu ita certatim etiam hodie omnes singulati in Deiparam pietate dona effundunt, ut vix in orbe reperias Ecclesiæ, quæ paucorum annorum spatio, ex quo novi Iconoclasmæ secundum eam spoliatur, in tantam devenit majestatem, altarium, monumentorum, & picturarum exquilitarum splendore eminentem.

Clodovus Galliarum Rex, sacro baptismatis fonte ablatus, Idolorum templa passim evertit, Deoque consecravit. In urbe autem Argentiniensi primam Ecclesiæ extruxit anno Dom. n. VIII. eamque ad honorem Virginis Deiparæ dedicari præcepit, quæ temporum lapsu, ædificio, turri stupendæ altitudinis, ita celebris evasit, ut inter primas Europæ annumeretur. Ex *Theatro Civitatum Georgii Bruni.*

Carolus rex, & cognomine Magnus, Francia Rex, dum fortè venando devenisset ad eum locum ubi nunc Aquigranum, & delectatus loci, thermarumque amenitate, arcem, & thermas ipsas à ruina veterum Romanorum vindicavit. Et ut erat sedulus Religiosis Christianæ cultor, prope Regiam suam insignem templum maximo sumptu condidit, & per Leonem Pontificem in honorem Dei, & sanctissimæ Virginis Mariæ consecrari curavit, amplissimisque donis, ac potissimum factis Reliquiarum monumentis cumulavit. *Ibid. Tom. 1.*

Fuit & in urbe Constantinopolitana augustissimum Virginis Deiparæ Templum, egregium sanè avitæ pietatis Constantinianæ monumentum. In quo Pulcheria Theod. Imp. foror, de qua capite sequenti, ejusdem Virginis imaginem quam tradunt à D. Luca efformatam, collocavit, summoque honore profectua fuit, quamvis nunc pro dolor sub Turcarum jugo cum toto illo Imperio prematur. *Niceph. lib. 15. bist. cap. 14.*

Hispali, quæ Hispaniæ est civitas, & Emporium celeberrimum, inter alia pietatis insignia, Templum est structura, & opibus stupendum, Virgini inemeratæ sacrum. Cujus quidem amplitudo tanta est, ut necias, an in orbe Christiano parem reperias. Opulentiam illius, & majestatem ex annis pensionibus, & proventu Episcoporum, & Canonicoꝝ ibidem residentium colligit *Franciscus Pacieus*. Dicitque ipsi quidem Antistiti ultra centum aureorum millia quotannis cedere: Canonicos verò supra duo aureorum millia accipere, ac præter hos qui numero 40. Clerus est inferioris ordinis penè absque numero. Campaniæ, five turris habet augustissimam, ad quam etiam equitæ ascensus datur. Opus insignem, & vetustum, quod à Mauris, dum hic rerum potuerunt, magna arte, & sumptu extructum perhibent. *Georg. Bruni in Theatro Civit. Tom. 6.*

Neque subicienda est memorabilis D. Virginis Basilica, quam olim Episcopi Tornacenses liberalitate Regum, qui hic principatum exercebant, in urbe sua Nerviorum principe exerunt. S. enim Piatum circa annum Domini CCLXXXV. divini verbi sementem hic fecisse, Annales commemorant. Ecclesiæ verò in urbis medietate quinquè prælati turribus conspiciuntur. Chorum habet amplissimum, neque usquam tanta solemnitate officium divinum peragitur. Sunt in ea XLIII. Canonici celeberrimi, præter Dignitates, & minora beneficia Vicariorum, & Sacellanorum. *Ibidem.*



Addenda prioribus est illustris moles, quam in honorem A Virginis Deiparæ creverunt regali sanè splendore, & cultu, ex singulari erga eandem affectu, Serenissimi Belgarum Principes Anno Salut. 1609. quæ demum hoc anno 1626. perfecta est, in Aspero Colle miraculis claro, ubi etiam hæc Epigrapha legitur.

## DEO OPT. MAX.

## DEIPARÆQUE VIRGINI MARIE.

Magnæ in rebus afflictis auxiliatrici,  
quæ Mater Christi est, potenti;  
quæ Mater nostra est, volenti;  
quæ Collem salubris Asperum elegit,  
ut miraculorum fama inclitum  
super altis montium culmina exaltaret,  
unde nominis sui gloriam cultumque  
per innumera beneficia missilia  
frescende nequidquam hæresi  
toto terrarum orbe diffunderet.

## ALBERTUS, ET ISABELLA.

B Archiduces Austriæ, Belgique Principes,  
tutelari suæ, ac suorum Divæ,  
post civilia xi. amplius annorum bella,  
placatis Belgii Provinciis,  
publicæ gratitudinis ergo  
Hanc Basilicam à fundamentis excitantur,  
anno patris salutis cto. 13. cix.

Vide infra Patrocinia, & beneficia per Mariam Virg. à  
Deo cultoribus suis impetrata, ubi & præmia illorum, qui  
eisdem Templis exercebant.

IMAGINES DEIPARÆ IN HONORE  
HABITÆ.

Et per miracula illustratæ.

## EXEMPLA S. HISTORICA.

Celeberrima inter omnes Sanctorum Imagines, quas Ecclesia in pretio habuit, quasque singulari cultu, & devotione fidelis populus semper est prosecutus, illa Deiparæ imago habetur, quam D. Lucas Apostolus ad vivum expressisse perhibetur, cuius plures effigies imitatione prototypi depictæ passim habentur, & intererat Virginis vultum representare dicuntur. Meminit illius Theod. in Collectan. lib. 1. qui ante annos M. floruit: & Nicerphor. lib. 1. cap. 2. & lib. 11. bistor. cap. 14. narrat, Pulcherram Imperatricem Theodosii Imp. auctorem, divinam hanc imaginem summa devotione in templo illius honoris exstructo Constantinopoli collocasse, ac deinde Hierosolymam misisse. Habuit autem Imago ista effigiem, live figuram Dei matris gestantis perurum Jesum: ut vult Molanus lib. 2. de Imag. c. 9. Legatus Baren. tom. 1. Annal. ad Ann. LXXI. Scribit Germanus Episcopus, Constantinopolitanus, Virginis intemeratæ Imaginem in Zolopoli Civitate Pissidiæ, ex manu picta, unguentorum scaturiginem effundere solitam. Tom. 3. Cone.

## VICTORIÆ AB HOSTIBUS IMPETRATÆ.

D Isaacius Imp. Orientis, bellis civilibus Branz Tyranni opera excitatus multo afflictus, spiritualibus auxiliis rem aggreditur, translata ex Hodegio monasterio intemeratæ Virginis imagine, eamque in illa urbis Constantinopolitana parte collocat, ubi bellum crudelius, hostiumque incurfus timebatur, multisque præterea devotionis, & pietatis testimoniis exhibitis, adfuit Virginis filius, qui Conradum Longobardorum Ducem sollicitavit. Hic occiso Tyranno, Isaacium, & urbem ab imminenti exitio liberavit. Nicetas in Annal. lib. 1. in Isaacio. Constant Imperatores Byzantinos in extruendis, ornandis, ac venerandis Mariæ templis, nullis peperisse sumptibus, curamque diligentem adhibuisse. Unde Byzantini cum suam urbem à Saracenis aliquando graviter obsecram cernerent, & hostes magnopere formidarent, non sine junio, & oratione, Virginisque Matris patrocinio felicem belli successum, & exitum sibi ausi sunt polliceri. Itum igitur eam ad sacram adem,

quæ propè S. Sophiam extabat: illinc Deiparæ imago, quam Lucas depinxerat, reverenter accepta, & in publicam supplicationem, live processionem adducta, sed & hebdomadam per totam urbem feria tertia religiosè admodum circumgestata est. Ita demum operata de Saracenis hostibus victoria, qui miserè perierunt, sicut Vincentius refert, letè successit, haud dubie Maria hisce suis civibus, totique urbi patrocinante. Bedenbach. lib. 2. collat. Sat. c. 24. Vincent. lib. 2. Spec. bistor. c. 147.

Anno Christi 1133. cum Joannes Comnenus Imperator ageret annum quintum in Imperio, ope Dei Genitricis Mariæ de barbaris Scythis trans Istrum habitantibus, & ingenti agmine Thraciam invadentibus victoriam obtinuit, de quo post aliam, quæ in prælio dura, & ardua Romanorum exercitui contigerunt, ista Nicetas: Cum Romanæ phalanges, urgentibus hostibus, & audacius se inferentibus laborarent: imaginem Dei Genitricis cum gemitu, & miserabilibus gestibus Imperator intuens, lachrymas bellicis sudoribus calidiores fundebat: neque id frustra. Statim eccelsè robore armatus Scythicam aciem profligat, quemadmodum olim Moyses extensione manuum Amalechitarum turmas dissipavit. Assumptis igitur armigeris, qui clypeis oblongis, & prominentibus galeis instar muri inexpugnabilis muniuntur, cum Scythis congredditur. Qui cum dissoluta illa curvum serie ad manus venirent, in turpem versi fugam, à Romanis alacriter persequentibus magno numero caduntur Hamaxobii illi, castrisque directis, innumerabiles capiuntur. Sed transfuga desiderio capivorum popularium confluebant, adeo ut in Occidentali quadam Provincia Romana pagi ab eis conderentur, quorum adhuc reliquæ superant, nec pauci in sociorum cohortes referrentur, & major turba ab exercitu capta videretur. Hac de Scythia pars victoria, & illustri edito facinore, Joannes vota Deo perfolvit, quod festum Pazzinacum nostro tempore dicitur in rei geste monumentum, & grati animi testimonium. Non multo post contra Triballos, &c. Ibi & alias subicit victorias ope sanctissimæ Dei Genitricis Mariæ obtentas, cui ut unica victoriæ religiosum paravit triumphum, qui ab eodem Niceta ita describitur: Byzantium reverfus triumphum indicit, & currum argento inter punctum compingi jubet, opus admirabile, & gemmis pretiosis ornatum. Cum dies supplicationis adesset, omnis generis tapetes auro, & purpura intertexti vicos exornabant, nec deerant Christi, & Sanctorum effigies in iis ad vivum expressæ. Erant & tabulata urinq; propter spectatores structa digna admiratione. Fuit autem locus urbis sic instructus, qui ab Orientali porta usque ad magnam palatium pertinet. Quædrigæ à quatuor equis nive candidioribus trahentibus. Imperator verò non descendit, sed Dei Genitricis imaginem in eo collocavit, ob quam lætitia exultabat, & animo penè delinquerebat: ubi victorias ut college Imperii invictæ acceptas ferebat. Habens viris potentissimis moderandis, & cognatis suis curam curandum dedit. Ipse cruce manu gestans pedes antecessit: & Dei Sapientia templum ingressus, atque in conspectu omnis populi ob successus gratias Deo actis, in palatium abiit. Nicer. apud Baron. tom. 12. an. 1123. 6. 7.

Cum Andronicus Junior Byzantium urbem prodicione cepisset, & ad Palatii fores cum militibus amplius cingentis pervenisset, Andronicus senior Imperator tumultu, & clamore audito, de lecto surrexit perurbatissimus, & omni ope destitutus ducum, atque militum palatium enim, cubile ministris adolecentibus exceptis, desertum prorsus erat) facram imaginem Dei Genitricis Hodegetrie confugit, ante multos dies in palatium translata, quæ ei firmo solatio erat. Hæc igitur fretus, & humi prostratus, ardentem cum lachrymis obsecravit, ne periclitantem de ferat, & scariorum ensibus obiciat. Exaudivit preces ejus, & festinum tulit auxilium, quæ quidvis potest castissima Dei Genitrix. Nam dum ille in palatio Deiparam ad hunc modum deprecatur: Junior Imperator foris, omnibus cubilibus, & tribunis suis convocatis, graviter edicit, ne avum Imperatorem, vel manum, vel ullo contumelioso dicto violentent, nec quemquam prorsus omnium. Hanc enim, inquit, victoriam Deus nobis dedit, non ipsi parvulus. Dei voluntas omnia movet, cui parent omnia, stellas, aer, mare, terra, homines, fulmina, fulgura, pestilentia, terræ motus, imbres, sterilitates, & alia consimilia, partim ad felicitatem, partim ad infelicitatem, ac potius castigationem. Nobis igitur instrumentis castigationis usus victorias, & trophæa largitur. Fortassis autem eras illis contra nos uteretur, & quales nos in victis erimus tales utique, & illi se nobis præbunt. Quare si nos neque cognatio, neque gentis

gentis necessitudo movet, nostri ipsorum saltem respectu A humanitate utendum, ne graviorem Dei indignationem experiamur. Interea quidem è palatio Juniori Imperatori portam aperit, & ab avo hunc nuncium affert: Quoniam hodie Deus, mi fili, sceptrum Imperatorum mihi ademptum tibi donavit, unum hoc beneficium à te peto, pro multis, quæ ab ipso ortu tuo in te contuli (omitto enim hoc rerum mearum statum, me tibi ipsius navitatis, & progressionis in vitam, post Deum, auctorem fuisse) dona mihi vitam meam, parce paterno capiti, nec violento ferro cum sanguine hauri, à quoru vitæ fontem accepisti. Homo quidem celum, & terram intuetur, humanas verò actiones celum, & terra intuentur. Ne velis igitur nefandi facinoris, qualem omnino ego nemo unquam ausus est, inspectores habere celos, & terram. Quod si fratrem sanguis olim ad Dominum contra Cain clamabat, quanto magis paternus sanguis ad Dominum clamabit, & terra, & soli, & astris tantum facinus annuntiabit, & apud omnes gentium Reges detestabitur? Reverere senium miletum, quod mihi paulo post obitum, tibi verò longarum curarum requiem pollicetur. Reverere matrem, quæ te sæpè in cunis adhuc vagientem fuit amplexa. Reverere labia, quæ te sæpè summa caritate deosculata sunt, & alteram B animam appellarunt. Calami à fortuna projecti misere, nec tu cum deo conterere velis. Ne tu cum homo sis, præfenti fortuna efferas, sed rerum inconstantiam, & varietatem, à me sumpto iudicio, considerato. Respice longævitate finem. Admire, ut una nox, quæ me multorum annorum Imperatore accepit, alieno imperio subiectum relinquit. His verbis Junior Andronicus delinquit, &que salutis diligenter cura suscepit, vix etiam à lachrymis temperans, palatium ingreditur: ac primum venerabilis Dei genitricis imagine, ut decet, adorata: avum illi inhaerentem abductum, salutavit, amplexus est, & blandis verbis recreavit. Nicerph. lib. 9. bistor. Rem.

Vide infra Imagines in Belgio celebres.

## VINDICATA IN IMAGINES IMPIETAS.

## EXEMPLA HISTORICA.

Anno Domini 1325. Gulielmo III. Comite Hannoniæ, Ju- C deus quidæ se fixerat sincero animo Christianis sacris baptismi initiis: susceperit ex fonte Comes, & Gulielmum filium nominavit, & Apparitorum Curie Montensi esse iussit. Non diu post homo impius ingressus eodem monasterii Cambronensis, actus furis, Blasphemias in Deiparæ imaginem multas effudit, & (horrendum) venabulo quinque plagas inflixit, unde sanguinis statim rivi manarunt. Videre faber asciarius quidam, & Monachus laicus Mattheus Lobius. Faber ascia caput finire Judæo parabat, sed à monacho prohibitus. Rem detulere igitur ad Abbatem Joannem de Montibus: is ad Comitem: Judæus pertinaciter tormenta elusit. Sic dimissus, quadriennio postea ab Angelo apparente, quidam senex nomine Joannes Flander, Eltinnensis, & septennio jam ex paralyti clinicus jubetur Judæam accusare, & duello provocare. Bis monitus Parochi iussu senex rem adhuc differebat. Tertium illi ipsa Virgo quæ illis plagis conlaciata se videndum præbuit, & imperat monomachiam. Plenus spe, ac fide senex adit Cambronem, & cernit in imagine vulnera, quæ in vivo erant: accedit Comitum accusat recitum, dies pugna dicitur. Arma, tudes, fustes, & scuta lignea superfuit etiam hodie. Judæus D agili corpore, ferox viribus, tibiales fascias tintinnabulis cinxerat, & sic senem ridebat. Sed juvit Athletam suum Deus tam impar commissus, æger sanum, debilis fortem, senex juvenem posttravit, & horrendè blasphemantem, convictum, sed non penitentem: Comes iussit caudæ equinæ alligatam trahi ad patibulum, & capite decussit, duobus ad latera molossis cum rabide laniantibus, appensum subito ignis fumo interfecit. Narrat fusc Robert. Hæuportius duobus ea de re libris carmine conscriptis, & est memoria in Monast. Cambronensi.

Hic accedit miraculum aliud mirabilis multoque magis stupendum: Anno Domini 1383. 26. die Septembris. Carolus V. Francorum Rex, post partum in agro Rosebecano pro Comitibus Flandriæ defensionem contra Anglos, & Flandros rebelles victoriam, mox egestis, fugatisque Burbo Anglis omnibus, civitatem cum suis Principibus, & Baronibus ingressus edictum fecit, ut omnia civium bona diriperentur, exceptis ta-

men Ecclesiæ bonis. Vidisses mox edicto divulgato miserandam rerum faciem, milites adibus insultantes, rapientes, tumultuantes, pugnantes, vendentes, ementes, pro fe quemque quantum prædæ posset auferentem. Porro ut sunt semper plures mali, juxta verbum Sapientis: quoniam quis dicat bonum militem inveniri? cum optimis omnium prædæ animam intendat, contra edictum Principum, aliquot sceleratissimi nebulones, sacrilegi, filii Belial, Britones natione, non contenti sua sorte prophanas aedes devastando, in templum sanctum Dei, quod D. Joanni Baptistæ dicatum est irruerunt, impetumque fecerunt, non sine magno incommodo: ubi erat (ac etiamnum est,) imago quadam ex ligno fabrefacta, ad honorem, & venerationem B. Mariæ Virginis in puerperio decubentis, ipso aspectu venerabilis, & nescio quid gratiæ præ se ferens. Ad eam quidam ejusdem farinae, & feritatis, & malitiæ vir, cujus erant præfati nebulones sacrilegi, spe prædæ accedit ad altare, confendit, ratus auream esse imaginem, quam bracteis quibusdam incrustatam videbat, pugionem exemit, & illam magno impetu veluti carneam tranverberavit. Mirabile visu, illa accepto vulnere, rosco cruore perfusa est, totaque commaduit, nec aliter sanguinis guttæ ex ligno dimanare visæ sunt, quàm ex corpore humano plagi affecto. Impius ille patrida, ut primum statum Mariæ Virginis vulnus pugione incussisset, in humum furibundus deorsum creidit, & crepit, hoc est, factis suis dignam mercedem accepit. Ex monumentis Eccl. Burburgenfis.

Homo improbus, omnium religionum contemptor, Brunnvichii, ubi cœnobium Virginum erat instructum, sub tranco arboris, ubi Dei matris imago infantem Jesum fovens in gremio, tot jam sæcula suum habuerat domicilium, cellam vinariam effodi iussit: sed impune hæc impietas abiit. Tercio die horrea omnia, & pecus universum, & ædificia nonnulla ignis incendio conflagravit, ipse verò sceleris auctor, cum magnos ad honores jam pervenisset, multorum facinorum reus in atrum coniectus esse carcerem, ubi seclatam vitam inhonorato sine conclusit. Nicolaus Orlandinus in an. Societ. 1584.

Lepidum est, quodque cum tisu admirationem habeat, gestum pridem civili in Belgico bello. Oliverius Tempe- lius, vir militiæ gnarus Bruxellæ præerat, Hallitiæ vicinis imminere eo fidentius, quod jam loca vicina in potestatem suam redegerit, & vix miles superesset, qui Hallas tueretur. Fuit autem hic statua B. Virginis crebris miraculis nobilitata, magnæque devotione ibidem colitur. Igitur dum scalas muro admovent, qui cum Tempelio venerant, quidam Joannes Sibyckius, homo & religione, & lingua improbus, canere triumphum, & jactare, se manibus suis Hallensem mulierculam (statuam B. Virginis intelligebat) nasum abscissurum. Ecce audit Virginis Filius, & quasi talionis poenam infligit, impuroque isti scurræ nasum glande plumbea excussit. Rictum ab omnibus, qui hominem identidem Hallas ad se recipiendum nasum mittebant. L. Liptius de Virgine Hallensi.

Quidam de hoc Sibyckii nasifragio ita ludit. Zwickius Hallens nasum destringere Divæ. Dum voluit, nasum perdidit ipse suum. Nam cum Tempelio venientem Antistita scurræ. Audiat horribiles ore tonare minas. Audiat, ac disto citius Vindicta cruentas. Militis impuri fecit in ore manus. Ferrea liventis glandem non fistula plumbi. Nasum illi in ventos, ejaculata, tulit. Ut Tibi Liphades, Divæque illudere possint, Indulgent uncis narius hæretici. Sed nihil hoc, scurræ tantumque illudite: Virgo. Vos ita nasutos non sinit esse dii.

In eadem expeditione Joann. Ryfelmannus ore immaniore effuderat, se statuam Virginis Bruxellam adducturum, & medio foro crematurum. Audit Deus, & filii matrem ab injuria vindicat, illique impio tormenti ictu, os blasphemum, & paulo post vitam abstulit. Item ibid.

Sic olim cuidam Constantino insuper improbo, & scelerato evenisse, memorat Eutropius l. 21. rerum Roman. Hic Dei Genitricis imaginem conspiciat, lapidis eam jactu deiecit, & jacentem pedibus calcavit. Apparet improbo illi per forum Dei Genitricis scelus obicit, & poenam minatur. Ille visione hæ parum territus, negligit culpam poenitentia eluere: at mox talionis poenam luit, & orro cum Saracenis bello, jactu maximi lapidis confusus interit.



Nuper quoque anno videlicet M. DC. VII. paulo ante quam in Belgio Induciarum pacta firmarentur, Equites non pauci in vicinis hostium Baravorum praediis hoc sine versus Aspicillam, locum devotione populi celebrem, excurrebant, ut spoliato ibidem Virginis Deiparae Sacello, quod multis donariis cumulatam erat, etiam sacram ejusdem statum auferrent. Sed ecce, dum in conspectu locum habent, & visu praedam haucunt, panico terrore corripuntur, & cum morbis, variisque infortuniis confluctantur. Ita ut sponte in fugam coniecti, passim edicerent, se non facile de statua illa deferenda posthac cogituros. Estque haec res in Brabantia territorio, quod kempen vocant, notissima.

## PIETAS ERGA IMAGINES.

Caroli Magni filius Ludovicus non imperii solum, sed multo etiam magis paternae pietatis haeres, venerandam Deiparae Virginis imaginem tanti fecit, ut eam, quocumque iret, religiosissime circumferret: in venationibus ad arborem collocari jubere, ut eam e regione positam inter vendendum crebro videret, a tergo relicta subinde respectaret, ad eandem precaturus saepe recurreret. Idem divina monitus visione ad arboris truncum novit templi fundamenta jecit, opusque illud sanctissimae Virgini nuncupavit. Huic enim Ludovicus, qui Pii cognomen est ascriptus, in Vormatiensi suburbio monasterium condidit, & Deiparae Virginis, quam incredibiliter adorabat, sinceris affectibus oblatum Mariae matris cenobium appellavit. *Crantzii l. 10. Metrop.*

Bavarus ille Ludovicus, iis, qui ita appellati sunt, numero quartus, & ordine, Mariae Virginis, usque adeo deditus fuisse traditur, ejus pulchram, quae adhuc extat, effigiem ex Italia in Bavariam suis ipse manibus deportavit: & in monasterio Etlensi, quod in assumpta Virginis laudem in mediis sylvis extruxerat, pie, ac religiose collocavit. *Idem ibid.*

LOCA DEVOTIS, ET MIRACULOSIS  
DEIPARAE IMAGINIBUS CELEBRATA.

S. Elizabeth Hungarorum Reginae filia Sophia maternae pietatis haeres, & afflicta, Divae Virginis cultui fuit semper mancipata: haec a matre piissima statuas aliquot ejusdem Virginis accepisse putatur, quas sanctas, & in veneratione habuit. Unam in Brabantiam veniens, Virginum Cenobium, quod Villordiae duplici a Bruxella milliari, elargita est. Alteras Machildi forori Henrici Ducis mariti sui impartivit, quae mortuura eas dispartivit, & coluit. Quarum unam Gravefandae in Hollandia: aliam Hartem tertiam Hallis in Hannoveria collocare cepit, circa annum Dom. 15. CC. LXVII. A quo tempore praedicta loca B. Virginis patrocinio singulariter fuerunt commendata, multaque admiranda illius intercessione eveniunt. *I. Lipp. in Virg. Hallensi, c. 3.*

HALLAE VIRGINI DEIPARAE  
SACRAE.

Illud autem primum observationem meretur, in illa ipsa statua, quae Hallis visitur, quoque vix bipedalis est, & ex puro ligno, & nunc tot saeculis perseverat, quod inter tot rerum discrimina permanere immunis adhuc ex extiali peste, Immunis etiam ab incendiis: quae urbecula illa aliquoties, vel nostra memoria, sensit: cum illa Diva & se, & templum suum, omni vicino foro, & juxta ipsam ad eam adibus ardentibus, defendit. Quid quod ab hoste, & v. bellica, defendit? Incolae praefertim, & Annales referunt, aliquoties oppidum illud, nec situ, nec opere munitum, tentatum ab hoste, vel clam, & fraudibus, vel palam, & machinis: sed tutela, praesidioque ejus stitisse invictum. Cum bellum civile, aut potius intestinum, inter miseros, & fato quodam huic malo destinatos Belgas esset, quo tempore Maximilianus Primus Austriae praefertim praerati filii sui Philippus tutor: eum, inquam, alia Flandria, atque una Bruxellensis, alia, & meliora Hannoveria, & major provinciarum pars sentirent, Principi \* novo, & veteri adherentibus: ecce Philippus Clivius partium adversarum Dux, animo, & manu strenuus, Bruxellae tum agebat, & valde in rem putabat Hallas ita propinquas capi. Uno anno bis tentat per insidias scelus, & occultam intra muros conspirationem: jamque copias ad sex milia militum cum tor-

mentis eduxerat, ignaris superventurus. Casu civis (quid casu? Numine & Diva vigilabat) civis, inquam, Bruxellensis R. a praedictis capitur: qui rem omnem, & conjuratos ipsos detexit. Clivius signatus adventit, & ut putabat, ignaris. Illi silent, dissimulant, adire patiuntur, fossastransire, muris subire: tum undique ex preparato ingruunt tela, viri, foeminae, & magna sua clade proturbant incautum hostem: deleturi etiam, si major aliqua manus in oppido fuisset. Alterum eodem anno, clarioris subsidii. Quod fraus abnuerat, à vi Clivius vult impetratum. Venit eo cum instructo decem millium equitum, pedestrum exercitu. Ita autem subitus venit, ut centum viginti Hallenses praedictarios, lignatum & pabulum egresos, ad unum omnes interciperet: tristi augurio, & damno certiore, quod minor in urbe manus, vix ducenti quinquaginta milites, remanebat. Sed Diva scilicet, quae tutela suae totam rem facere voluit, etiam muros dirui tormentis passa, & aditum lato limite cavit, quae vel tria plaustra transiret. Praeterea ignis ferreis cavatis globis, & qui emissi patefcerent cumque funderent, in domos varie sparsus: & quaedam jam comprehenderat. Ubique periculum, clamor, confusio: sed in una re cives constantes ad Divae opem ipsi votis confugiunt. Tum veluti robore divinitus immisso, à templo feruntur in hostem, ipsi sacerdotibus mixti. Pugnat acriter, illic viribus, hinc animis majoribus: ac denique sub vespere cum multa sua clade hostis pellitur, ipse quoque factus Numen sibi palam repugnasse. Interca foeminae, & imbellis manus incensum restinguere: & quibus decem, una aliqua domo concessa, cum ea ipsa decidunt. Mortuus, & obrutus, tam gravi ruina, omnes exstima: at illa surgunt sine majore aliqua noxa, & domum quoque suam suis pedibus eunt. Quis non tum laudes, gratiae facere Virgini corde, ore, plausu dixit? Et hostis cum sequenti die iterum oppugnare pararet: ecce tabellarius à Carolo Croyo Chimici Principe (qui toto hoc bello fidam, & eximiam operam Maximiliano praebuit: cuius ad illum literas latine scriptas, ipsi Maximiliani manu, libens \* vidi) ab eo, dico, Hallensibus literae, quibus intra triduum auxilium, & copias magnanimitas ille Principis promittebat. Cives gaudio exultant, tympana, & cantus panis sonare, omnia laetitiae signa dare: ut hostis non adventare: sed adventisse jam auxilia suspicant, five Deo etiam terrente, & advertente, trepidus, festinusque inde discederet: ne mortuorum quidem cura, aut fauciorum, quos in fossis, viisque reliquit, ipsa etiam oppugnationis, aut belli instrumenta. Sanè centum circiter globos, & ferro, aut lapide, etiam nunc monumentum rei, in ade facta fuerat, arcis lingens conditis, qui triginta, quadraginta, sunt & qui sexaginta pondo libras pendunt. *Idem.*

## ASPER COLLIS.

Etiam BRABANTIA Ducatu singularis cultus erga B. Virginem jam olim fit, quoque etiam isto hoc aevi incolarum religione fultur. Est hic Diestum oppidum, in cuius finibus, integro illi milliari, COLLIS exurgit, leni fastigio: quem AUTCRUM vulgo dicunt, non quia in vertice tam, aut conum desinat (immo aequabili ferè planicie est, & satis lata) sed quia idiolesmo rustico, & metaphora, terram scabram, aridam, horridam, Acutam etiam dicunt: quam Latine ASPERAM verè, & pro ingenio loci reddas. Ita enim est, excruciatum, macrum, amatum ibi solum, frugum, & penè herbarum vacuum, arbutus, quam arboribus, gaudet. In ejus parte veruca, five colliculus fuit, & in eo quercus: in hac Divae Virginis adfixa icuncula: quae culta accolis tali initio fertur. Ajunt ante annos centum (& constants ita fama habet) fuisse pastorem, qui oves in eo tractu pasceret: atque is repetam, nescio quo casu, humi imaginem fuisse, in sinum condidit, certum eam domum secum auferre. Parva enim erat, & privato cultui videbatur oportuna. Sed dum agitat, ecce membra ejus omnia stupere, pedes utique non movere, & quasi frutes, aut stipites ibi stare. Ipse mirari, & animo quocumque stupere, nec ad causam adfingere: herus autem villicus absens, requirit pastorem suum, & gregem: nam hora jam rediit lapsa, & Sole remoto non propinquabat. Itaque infortunii anxius, eo accurre: & reperit defixum statem, & quae gesta simpliciter narrantem. At ille mentis melior, imaginem statim recipit, & nunciat in veteri sua sede, & quercu reponit. Eoque facto, pastor velut vinculis liberatur: & venerat uterque nomen domum abeunt, rem denarrant, & viciniam totam religionis implent.

Beata

Beate pastor, cui sacratam imaginem  
A Datum invenire, & tangere.  
Beata vita rustica, & vita innocens,  
Amica semper Numini!  
Te solitudo, & à malis secretis,  
Celestium jungit eboris.  
Haec vita quondam, ab orbe condito, fuit  
Primigeniis parentibus:  
Cum rure quisque, & silvalis laetis suis,  
Et conjugis, atque liberis,  
Luxum affluentem, & improbam cupidinem,  
Nesciret, aut contemneret,  
Non fora strepente litibus, non classibus  
Infida ferebant freta.  
Non purpura, aut argenti honores: sed premium  
Pretiumque erat virtutibus.  
Haec vita redeat, mihi sit haec voto à Dea!  
Ut nomen, atque te colam.  
Experti alia cura: & in libris sacris,  
Aut cogitationibus,  
Quod temporis erit reliqui, fallam, & teram:  
Dum Parca me fallens meo  
Obrepat, atque abducit ad caelestium,  
Praeunte Divae, choros,  
I. Lippius de Miraculis B. Virg. Aspicillolis.

Febrium ibi curatio. Imaginis abolitio, & alius  
substitutio. Aliquid de quercu, in qua inven-  
ta primitus imago.

Ab hoc deinde Miraculo, in fama jam multa, & cultu imago fuit: & auxit, quod morbis, & praesertim febri, solemnis, ac penè certa ibi medicina. Confluebant undique Siche-mio, Diesthenio, Arefchoto, locis finitimis, cives, pagani, milites, & salutarem illic opem poscebant, & ferebant. Hoc qui vivunt boni semes, aut nuper vixerant, ex fide testati sunt: & liquet communi suffragio, ante hos viginti annos sic fuisse. Itaque locus frequens, & celebris, ut dixi: sed enim eventus, & candidè fatendum est, ut dicta imago illa, five statua perierit, incertum qua vi, aut casu, nisi quod suspicio praedones culpant, in iis lustris assidue per haec bella, non solum crebros. Ea amissio incidit circa annum 15. CC. LXXX. ut ajunt, & conspici ibi Diva desit, sed non colli. Veniebant enim nihilo segnius ad locum, locumque vacuum: & opem, ac solacium etiam inveniebant. Quis miretur, aut culper? Persae Regis sui sellam venerat fuisse, quia majestas illa infidisset, & tactu velut lacraisset: cur non liceat piis loca Numini electa, & consecrata? Nec tamen quercum illam (nemo censet) ob ipsam, sed in ea statutam, in statua Divam, in hac Deum venerat fuisse, & adorantur. Nec in statua sanè proprie vis, aut virtus: quod res hic docuit ea amissa, & mox mutata. Nam post annos septem, id est anno 15. CC. LXXXVI. religiosus quidam senior, & Senator Siche-mien-sis, conspecta affluentium multitudine, & ardore, qui inter ficiarios, & tela praedonum, non absistebant locum hunc petere, fusticit imaginem arcule lignae impositam, & quercui ibidem affixit. Mansit, donec anno 15. CC. LXXXVI. in dies concursu, Godefridus Pastor Siche-mien-sis, venerationi augenda, detractam arbore, in facello modico, quod è tabulis juxta struxerat, rite, & pie collocavit. Sed enimvero, cum id angustum turbis (ita loquendum est, & sine numero jam concurrerant) esset: facellum è lapide secto inchoatum, absolutumque est, & Diva dicatur, sacratumque D ab illustissimo, & Reverendissimo Matthia Hovio, Mechliniensi Archiepiscopo, tanto hominum, & discipulorum locis, conventu, ut id quoque inter Miranda, f. non Miracula, cenferi mereatur. Hoc factum anno isto 15. CC. LXXXVI. die quatuordecimo SS. Trinitatis est factum: & ex eo, ipsa illa imago ibi perleverat. At quercus paulo ante, consilio, & decreto, à fustice excisa est: idque vel idem, quod trunco varie secit, & imminuto, cum fragmenta, & assulas quisque sibi petere, casum jam minabatur. Excisa itaque, & Siche-mium, quod ejus superflui translatus. Unde quidam & icunculas fibi fecere, ut pie colantur illi frustulis in potu usi, & constat, quod cum morborum medela. *Ibid. cap. 4.*

Sanguinis sudor in Statua.

At jam ad ipsa Miracula veniamus, quae pullulare, ut sic dicam, & magnis auditibus augescere ceperunt, post Pascha

statim anni superioris, 1603. Est jam antè plurima: unde enim locus aliter in tanto cultu, & confluxu? sed parum observata, aut quidem consignata sunt: & certum nobis, nihil nisi certum dare. Primum igitur quod memoretur, est in ipsa statua, quam sanguinem stillasse, anno jam dicto, plurimum oculis est usurpatum. Venerant Siche-mium è magistratibus pagorum adjacentium, negotii publici causa: eo-que peracto domum quisque rediit, ad sacrum tamen locum, religionis, & orationis ergo, divertunt. Quinque erant: atque ii dum corpore flexo orant, unus interior in Divam, guttam sanguinis, floride purpurantem, in labro ejus videt. Haeret, ambigit, ac credit: & audet manu tangere: & digitis primoribus abstergere. Attonitus, ostendit proximis, patiter mirantibus: atque ecce alia eodem loci gutta se ostendit, & ab alio detergitur. Fit tertium fit quartum: quam primus ille (Vvaltherus Vvuckelinus nomen) candido linteo exceptam, omnibus exhibuit, veri sanguinis colore, & facie: manisque & in posterum diem denarii nummi modulo diffusa, sed dilucidius rubens. Circumspicere iis cura fuit sacelli rectum, & num perleveret: ne quis humor forte delapsus secessisset, nihil fuit ne ipsa quidem statua colore ullo novo tincta jam pridem, sed quidquid, & quaque causa hoc fuit, vicelesti ex arido ligno stillavit.

Quid signi tamen hoc fuisse dicam?  
An sudas, Dea, sanguinem hoc in ara  
Quo sanguis male funditur: dolorem  
Et sic exprimis? an magis cruenta  
Sisses bella, tuique gutta labris  
De deterfa fuit, sic & madenti  
Huic fiet patria? d. benigna fiat:  
Et juva precibus, Deumque place.

AMORSFORTIUM DEIPARAE  
DEVOTUM.

Amorsfortia, quae Dioecesis Ultrajectensis civitas insignis, anno humanæ salutis M. cccc. XLV. inventa est imago Deiparae sub aquis, & magno affectu excepta, tandem loco honorifico constituta fuit, ac Sacello quod elemofynis pie-rum una cum turri excelsa excitatum fuit, ejusdem Deiparae honori dedicato illata. Exinde frequentissimus concursus ad nostra usque tempora omnium vicinorum devotione factus, celebratam illius loci auxit praesertim cum creberrimis miraculis vinum Deum illustraret, quorum bona pars archivis veteribus continetur: & ad posteros transmissa est. *Joan. Gallus Mommaiden. Georg. Bruuns l. 4. Thesauri Civitatum Tit. Amorsfortia.*

Vide infra De B. Virgine Montis Serrati. Tit. Loca  
B. Virginis cultus consecrata.

## IMAGO SACRA TRAJECTENSIS.

Trajectum quoque ad Mosam, Brabantiae Urbs est antiqua, cujus primordia fecisse Julium Caesarem *Matthaeus Merbenus* refert, & ad Mosam sita. Dioecesis Leodiensis, S. Materni Episcopi, & B. Petri discipuli, ac S. etiam Servatii, qui pontificalem cathedram huc transtulit, in qua Episcopi xx. resederunt, doctrina, & habitatione nobilis.

In hac etiam Imago jam olim B. Virginis, crebris miraculis coruscant in templo F. Minorum, quamvis ignoretur, unde, & quando eadem huc venerit, allatam tamen ante annos CC. XXX. à viro nobili, qui ibidem ante Aram primam sepulchra, fama est.

Verum miraculis illustratam eam Icunculam innumera exempla confirmant: quin & nomen suum in eandem Virginem prodidisse, honori suo propagando constat: nam anno M. D. LXXXIX. dum ad hanc urbem hereticorum furor convolvaret, eamque occupavit, & Imaginem hanc in tabulato Monasterii Virginum, quod Novi horti vocant, repositam miles, & mox illius Ductor, gladio peteret evaginato, repente brachium, quod ictum minabatur, obtriguit. Plura autem miracula, quae Deus per Matrem filii sui, hunc locum adveniens, camque in imagine hac devote visitantibus, praestegit, & vota deferentibus, indulsit, scripsit nuper P. *Henricus Sedulius* ex ordine Minorum, non quidem omnia, cum plura nec observata fuerunt, nec quidem conscripta, sed quae reperire potuit, testibus, factique evidenter firmata, ac publico Senatus Trajectensis diplomate consignata.